Rec. v. H. Köstlin, Zeitschr. f. d. Alterthumswiss. J. 1842. H. 8. S. 747–8

EDUARDI WUNDERI

EMENDATIONES

IN

SOPHOCLIS

TRACHINIAS.

GRIMAE
SUMPTIBUS J. M. GEBHARDTI
MDCCCXLI.

GODOFREDO HERMANNO

S.

EDUARDUS WUNDERUS.

Quo tempore componere hunc libellum coepi, non poteram futurum credere, ut absolutum Tibi, vir summe, dedicarem. Metuendum enim tum quidem videbatur, ne, si dedicarem, facerem, quod Tibi gratum non esset, qui inde ab eo tempore, quo de Lobeckii in Sophoclis Aiacem curis secundis publice iudicium feci, ea cum alibi tum in Zimmermanni diurnis scholasticis contra me scripsisses, ut non iam pristina me benevolentia complecti videreris. Quod quo vehementius dolebam, eo maiore affectus sum voluptate, quod superiore aestate, cum casu uterque nostrum eodem tem-

pore ad aquas Franciscanas Bohemiae venissemus, eum Te in me praestitisti, ut nihil immutatam Tuam in me voluntatem esse appareret. Itaque quicquid natum inter nos videbatur dissensionis ita exstinctum est, ut, quod ad aquas illas exigendum erat, tempus omne suavissima consuetudine consumeremus.

Huius restitutae gratiae memoriam ut quodam quasi monumento consecrarem meaeque erga Te pietatis testimonium ederem, Tuum nomen inscribendum huic libello putavi. In quo quamquam multa illorum, quae olim ad Sophoclis Trachinias adnotasti, impugnata videbis, tamen persuasum habebis, id ut facerem, non obtrectandi quadam lubidine me ductum, sed veritatis eruendae studio impulsum esse. Illud enim ipse concedes fieri non potuisse, ut in easdem res, de quibus Tu disputaras, inquirens, sicubi dissentiendum mihi erat, silentio praeterirem, quae a Te erant proposita; neque enim sperare poteram, cuiquam me probaturum, quae ipse in medium proferrem, nisi, quibus de causis a Te dissentirem, diligenter exposuissem. Ac nonnumquam

quidem etiam ea, quae certo sciebam minime iam Temet ipsum tueri, cum alios homines doctos amplexos viderem, cur vera existimari non possent, vel invito mihi pluribus explicandum erat. Simul illud occurrebat, licet omnia, quae contra Te protulissem, vera esse censerentur, tamen de splendore nominis Tui et amplitudine nihil umquam detractum fore. Tot ac tanta enim Tua sunt in universa antiquitatis monumenta merita, ut, quamvis in nonnullis veterum scriptorum locis emendandis explicandisque falsus esse deprehendare, tamen fieri non possit, quin longe omnium princeps in philologia iudiceris. Qui cum obscurissimas quasque et difficillimas res primus perscrutarere, uti illud fieri per ingenii humani naturam non potuit, ut veram statim viam ubique inires, ita hoc apparet, si quando aberrares, eo ipso errore perfectum esse, ut, qui post Te easdem res tractarent, multo facilius rectam ingredi viam possent.

Accedit, quod hoc potissimum nomine nos omnes, quibus contigit, ut Tua uteremur disciplina, in per-

petuum Tibi obstrinxisti, quod non solum rerum utilissimarum scientia nos locupletandos, sed imprimis ingenia nostra exercenda itaque exacuenda putasti, ut numquam in verba magistri iurare, sed ipsi, quicquid aut a Te aut ab aliis excogitatum esset, antequam probaremus, accuratissime examinare, neque tritas tantum vias sequi, sed inusitatas etiam indagare disceremus. Qua disciplina egregia si non indignum hoc, quod ad Te mitto, opusculum iudicaris, laboris studiique, quod in eo consumsi, fructum amplissimum me consecutum putabo.

Scripsi Grimae Nonis Febr. MDCCCXLI.

EMENDATIONES
IN
SOPHOCLIS TRACHINIAS.

Ex Sophoclis tragoediis nullam magis aut inscitia librariorum aut negligentia corruptam esse quam Trachinias, nemo facile negabit, qui cum totius linguae graecae, tum imprimis ingenii Sophoclis non ignarus paulo diligentius eam fabulam perlegerit. Quarum corruptelarum etsi non paucas viri illi doctissimi sustulerunt, qui post renatas litteras emendandae huic fabulae operam navarunt, tamen non vereor profiteri longe plurimas etiamnunc relictas esse, maxime tales, quas ut advertas agnoscasque, attentissima lectione opus sit. Cuius rei causa nescio an haec fuerit, quod neque tot homines docti huius fabulae editores quot ceterarum exstiterunt, neque, qui exstitere, eximia illa diligentia et sagacitate usi videntur, qua ceteras fabulas pertractasse reperti sunt. Accedit, quod recentiore aetate viri quidam summae auctoritatis in ea fuerunt sententia, ut hanc tragoediam ceteris multo deteriorem esse crederent; quo factum videtur, ut, qui secuti sunt editores, etiam dicendi formas non paucas quamvis minime placerent tamen intactas relinquerent et a poeta profectas putarent, quas, si diligentius inspexeris, non modo a stilo Sophocleo, sed ab omni omnino Graecorum consuetudine loquendi abhorrere videas.

Quo maiore cura equidem quaecumque in hac fabula insolentiora viderentur notanda et examinanda, atque, sicubi nulla relinquebatur dubitatio, quin corrupta codicum scriptura esset, genuinam poetae manum investigandam putavi. Quod cum strenue multos per annos facerem, contigit mihi, ut non solum plurima,

quae ab aliis nondum animadversa erant, librariorum errata indagarem, sed etiam poeta quid scripsisset, plerumque mihi coniectura assecutus viderer. Ita autem emendatae tragoediae quam editionem iam parabam, Gothae sumptibus Henningsii typis excudendam, cum in ea per leges mihi scriptas non liceret idoneis argumentis correctiones meas confirmare, non potui, quin antea singulari hac dissertatione omnes eos locos fabulae illius tractarem, in quibus codicum scripturas abiiciendas ducerem. Qua in re ita versabor, ut primum de iis locis disseram, in quibus mutanda, deinde de illis, in quibus delenda ea verba videantur, quae in codicibus scripta reperiuntur. Nam quod rarius in ceteris fabulis Sophoclis accidisse videtur, ut versus spurii Sophocleis immiscerentur, id multo frequentius factum in Trachiniis esse demonstrabimus. Quamquam illud facile apparet diligenter cavendum esse, ne istiusmodi hominum doctorum vestigiis insistamus, qui, quicquid primo aspectu non satis placuerit, tamquam indignum Sophocle eiici voluerunt, saepe adeo falsi, ut ea exterminarent verba, quibus omissis ne verborum quidem sensus sententiarumque nexus constaret. Quo in genere magnopere quosdam novissimorum adnotatorum lapsos esse, ostendam tum, ubi, qui nequeant versus a Sophocle scripti existimari, planum fecero.

Denique illud praemitto, Scholia Romana, quae dicuntur, in Trachinias scripta et librariorum mendis magis quam cetera depravata esse et pretio atque doctrina longe illis cedere. Ac demonstrari quidem facile potest, magnam eorum partem non a Grammaticis Alexandrinis, sed ab hominibus septimi vel octavi post Christum natum saeculi compositam esse, et quidem talibus, qui neque Sophoclis dicendi genus intelligere aut explicare possent, neque mediocri linguae graecae scientia instructi essent. Simul illud certissimis argumentis comprobari potest, ipsos illos interpretes, quorum adnotationes falsissimas ineptissimasque videmus esse, tali codice fabulae usos esse, qui nihilo correctior esset quam illi, qui ad nostra usque tempora servati sunt.

De v. 7 sqq.

Ἥτις πατρὸς μὲν ἐν δόμοισιν Οἰνέως
ναίουσ' ἐνὶ Πλευρῶνι νυμφείων ὄκνον
ἄλγιστον ἔσχον, εἴ τις Αἰτωλὶς γυνή.
μνηστὴρ γὰρ ἦν μοι ποταμός, Ἀχελῷον λέγω,
ὅς μ' ἐν τρισὶν μορφαῖσιν ἐξῄτει πατρός,
φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος
δράκων ἑλικτός, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ τύπῳ
βούκρανος, ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος
κρουνοὶ διεῤῥαίνοντο κρηναίου ποτοῦ.
τοιόνδ' ἐγὼ μνηστῆρα προσδεδεγμένη
δύστηνος ἀεὶ κατθανεῖν ἐπευχόμην,
πρὶν τῆςδε κοίτης ἐμπελασθῆναί ποτε.

Iure recentiores editores v. 12 sq. ex Strabone X, 458. *κύτει βούπρῳρος* pro eo quod in codicibus Sophoclis positum videmus *τύπῳ βούκρανος* restituerunt. Neque enim intelligentiores lectores ambigere possunt, utra harum lectionum poetae, utra interpreti debeatur. En primum exemplum glossae a librariis receptae.

Item illud omnes intellexerunt editores, qui non ignorant, quibus vocabulorum formis in trimetris iambicis locus concedatur, non posse Sophoclem v. 7. epicum *ἐνί* posuisse existimari, praesertim cum ne scriptum quidem illud in optimis codicibus videamus, qui *ἐν* praebent. Quam ob causam qui meminerint, quoties dativo loci ab interpretibus *ἐν* praepositio apposita et a librariis recepta sit, ut factum exempli gratia El. 174., eo minus dubitabunt, quin hoc loco *ἔτι* adverbium, sensui accommodatissimum, restituendum sit, quo molestior praegressis modo verbis *ἐν δόμοισιν* praepositio *ἐν* ante nomen *Πλευρῶνι* est. Ita infra v. 172. dictum, *ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.*

Contra vehementer dissentiendum mihi ab editoribus recentioribus est, quod pro *ὄκνον*, quae omnium codicum scriptura est, ex scholiis *ὄτλον* receperunt. Primum multas in scholiis, quae in Trachinias scripta sunt, varias lectiones commemorari vilissimas ineptissimasque, certissimum est. Consule Comment. nostram de Schol. in Soph. tragg. auctoritate p. 24 sqq.

Ad eas referendam esse scripturam ὄτλον, statim apparebit. Res ipsa ostendit, id quod cum a veteribus Grammaticis tum a recentioribus interpretibus monitum est, νυμφεῖα ut alibi ita hoc loco idem atque νυμφεύματα, id est nuptias sive coniugium significare. Porro manifestum est, ὄτλον ἔχειν τινός non posse umquam alio sensu dictum esse, quam hoc, onus alicuius rei habere, sive alicuius rei onere premi. Atqui cum Deianira hoc loco de misera conqueratur conditione, in qua versata sit, cum ab Acheloo fluvio in coniugium peteretur, quis est quin intelligat, verba νυμφείων ὄτλον ἄλγιστον ἔσχον, nuptiarum onere miserrimo premebar, prorsus adversari loci sensui, siquidem Deianira virgo nuptiarum onus se sustinuisse dicere nullo pacto potuit. Contra accommodatissima sensui codicum scriptura est, νυμφείων ὄκνον ἄλγιστον ἔσχον. Quam qui propterea improbarunt, quod hoc loco non tam de metu ac sollicitudine quam de molestia dicendum fuerit, mihi quidem manifesto in errore versari videntur. Primum enim non dubium est, quin virginis honestae metus, ne viro taetro in matrimonium detur, summum malum, summa molestia sit. Deinde vero, id quod gravissimum est, ob id ipsum Deianira vitam adhuc actam miserrimam fuisse queritur, quod in perpetua sollicitudine et metu fuerit. Conferantur v. 26 sqq.:

τέλος δ' ἔθηκε Ζεὺς ἀγώνιος καλῶς,
εἰ δὴ καλῶς. λέχος γὰρ Ἡρακλεῖ κριτὸν
ξυστᾶσ', ἀεί τιν' ἐκ φόβου φόβον τρέφω,
κείνου προκηραίνουσα.

Quamquam non est huius loci, de editorum interpretationibus dicere, tamen, quoniam attuli supra v. 15., non inutile erit paucis de significatu verbi προςδέχεσθαι monuisse, erroremque notasse, in quo, quod sciam, omnes lexicographi nostrae aetatis versantur. Erfurdtius, cui qui secuti sunt editores assensi sunt, προςδεδεγμένη explicat exspectans, cui explicationi facile est videre sententiam loci prorsus refragari. Neque enim quod exspectaret Deianira Acheloum procum, sed quod haberet procum, metueretque, ne maritum acciperet, miserrimam se fuisse ait. Fuisse enim illum procum, non exspectatum esse, diserte dicit v. 9. μνηστὴρ γάρ ἦν μοι ποταμός,

Ἀχελῷον λέγω. Deinde equidem non novi ullum exemplum verbi *προςδέδεγμαι* ab A t t i c o scriptore sensu e x s p e c t a n d i usurpati. Verum gravius etiam errarunt lexicographi, qui tempori praesenti eius verbi significationem e x s p e c t a n d i tribuant, quod ita esse, nullo umquam exemplo probari poterit. Immo solo perfecto verbi *δέχεσθαι* et compositi *προςδέχεσθαι* poetae epici nonnumquam ita usi sunt, ut e x s p e c t a r e significaret. Quod qui factum sit, illi intelligent, qui, quae sit temporis perfecti potestas, penitus perspectum habent. Significarunt autem veteres Graeci tempore perfecto non solum actam rem esse, de qua loquuntur, sed id, quod ex acta re consequatur, perdurare. Itaque verbum *δέχεσθαι* cum praeter alias significationes etiam hanc haberet, ut esset e x c i p e r e i m p e t u m a d v e r s a r i i s i v e h o m i n i s s i v e p e c u d i s, veluti apud Homerum Il. ε, 238.:

τόνδε δ' ἐγὼν ἐπιόντα δεδέξομαι ὀξέϊ δουρί,

fieri non potuit, quin perfectum eius verbi illo sensu usurpati non tantum e x c e p i significaret, sed etiam perpetuum statum eius, qui impetum adversarii exceperit, indicaret, ideoque significaret, p a r a t u s s u m a d p e t e n d u m a d v e r s a r i u m (*ich bin schussfertig*), unde natam apparet significationem e x s p e c t a n d i, o p p e r i e n d i. Conf. Hom. Il. *δ*, 105 sqq.:

αὐτίκ' ἐσύλα τόξον ἐΰξοον, ἰξάλου αἰγὸς
ἀγρίου, ὅν ῥά ποτ' αὐτὸς ὑπὸ στέρνοιο τυχήσας,
πέτρης ἐκβαίνοντα δ ε δ ε γ μ έ ν ο ς ἐν προδοκῆσιν,
βεβλήκει πρὸς στῆθος.

In Sophoclis igitur Trachiniis v. 15. verba *τοιόνδε μνηστῆρα προςδεδεγμένη* hoc sensu dicta esse certum est, t a l e m p r o c u m e x c e p t u m h a b e n s, i. e. t a l e m p r o c u m a p u d m e (in domo patris mei) h a b e n s, quemadmodum v. 376. *τίν' ἐςδέδεγμαι πημονήν* nihil est nisi *τίνα πημονὴν ἐν τῷ οἴκῳ ἔχω.*

Denique haereo in extremo versu eius loci, quem supra exscripsi,

πρὶν τῆςδε κοίτης ἐμπελασθῆναί ποτε.

GODOFREDO HERMANNO

S.

EDUARDUS WUNDERUS.

Quo tempore componere hunc libellum coepi, non poteram futurum credere, ut absolutum Tibi, vir summe, dedicarem. Metuendum enim tum quidem videbatur, ne, si dedicarem, facerem, quod Tibi gratum non esset, qui inde ab eo tempore, quo de Lobeckii in Sophoclis Aiacem curis secundis publice iudicium feci, ea cum alibi tum in Zimmermanni diurnis scholasticis contra me scripsisses, ut non iam pristina me benevolentia complecti videreris. Quod quo vehementius dolebam, eo maiore affectus sum voluptate, quod superiore aestate, cum casu uterque nostrum eodem tem-

pore ad aquas Franciscanas Bohemiae venissemus, eum Te in me praestitisti, ut nihil immutatam Tuam in me voluntatem esse appareret. Itaque quicquid natum inter nos videbatur dissensionis ita exstinctum est, ut, quod ad aquas illas exigendum erat, tempus omne suavissima consuetudine consumeremus.

Huius restitutae gratiae memoriam ut quodam quasi monumento consecrarem meaeque erga Te pietatis testimonium ederem, Tuum nomen inscribendum huic libello putavi. In quo quamquam multa illorum, quae olim ad Sophoclis Trachinias adnotasti, impugnata videbis, tamen persuasum habebis, id ut facerem, non obtrectandi quadam lubidine me ductum, sed veritatis eruendae studio impulsum esse. Illud enim ipse concedes fieri non potuisse, ut in easdem res, de quibus Tu disputaras, inquirens, sicubi dissentiendum mihi erat, silentio praeterirem, quae a Te erant proposita; neque enim sperare poteram, cuiquam me probaturum, quae ipse in medium proferrem, nisi, quibus de causis a Te dissentirem, diligenter exposuissem. Ac nonnumquam

quidem etiam ea, quae certo sciebam minime iam Temet ipsum tueri, cum alios homines doctos amplexos viderem, cur vera existimari non possent, vel invito mihi pluribus explicandum erat. Simul illud occurrebat, licet omnia, quae contra Te protulissem, vera esse censerentur, tamen de splendore nominis Tui et amplitudine nihil umquam detractum fore. Tot ac tanta enim Tua sunt in universa antiquitatis monumenta merita, ut, quamvis in nonnullis veterum scriptorum locis emendandis explicandisque falsus esse deprehendare, tamen fieri non possit, quin longe omnium princeps in philologia iudiceris. Qui cum obscurissimas quasque et difficillimas res primus perscrutarere, uti illud fieri per ingenii humani naturam non potuit, ut veram statim viam ubique inires, ita hoc apparet, si quando aberrares, eo ipso errore perfectum esse, ut, qui post Te easdem res tractarent, multo facilius rectam ingredi viam possent.

Accedit, quod hoc potissimum nomine nos omnes, quibus contigit, ut Tua uteremur disciplina, in per-

petuum Tibi obstrinxisti, quod non solum rerum utilissimarum scientia nos locupletandos, sed imprimis ingenia nostra exercenda itaque exacuenda putasti, ut numquam in verba magistri iurare, sed ipsi, quicquid aut a Te aut ab aliis excogitatum esset, antequam probaremus, accuratissime examinare, neque tritas tantum vias sequi, sed inusitatas etiam indagare disceremus. Qua disciplina egregia si non indignum hoc, quod ad Te mitto, opusculum iudicaris, laboris studiique, quod in eo consumsi, fructum amplissimum me consecutum putabo.

Scripsi Grimae Nonis Febr. MDCCCXLI.

EMENDATIONES
IN
SOPHOCLIS TRACHINIAS.

Ex Sophoclis tragoediis nullam magis aut inscitia librariorum aut negligentia corruptam esse quam Trachinias, nemo facile negabit, qui cum totius linguae graecae, tum imprimis ingenii Sophoclis non ignarus paulo diligentius eam fabulam perlegerit. Quarum corruptelarum etsi non paucas viri illi doctissimi sustulerunt, qui post renatas litteras emendandae huic fabulae operam navarunt, tamen non vereor profiteri longe plurimas etiamnunc relictas esse, maxime tales, quas ut advertas agnoscasque, attentissima lectione opus sit. Cuius rei causa nescio an haec fuerit, quod neque tot homines docti huius fabulae editores quot ceterarum exstiterunt, neque, qui exstitere, eximia illa diligentia et sagacitate usi videntur, qua ceteras fabulas pertractasse reperti sunt. Accedit, quod recentiore aetate viri quidam summae auctoritatis in ea fuerunt sententia, ut hanc tragoediam ceteris multo deteriorem esse crederent; quo factum videtur, ut, qui secuti sunt editores, etiam dicendi formas non paucas quamvis minime placerent tamen intactas relinquerent et a poeta profectas putarent, quas, si diligentius inspexeris, non modo a stilo Sophocleo, sed ab omni omnino Graecorum consuetudine loquendi abhorrere videas.

Quo maiore cura equidem quaecumque in hac fabula insolentiora viderentur notanda et examinanda, atque, sicubi nulla relinquebatur dubitatio, quin corrupta codicum scriptura esset, genuinam poetae manum investigandam putavi. Quod cum strenue multos per annos facerem, contigit mihi, ut non solum plurima,

quae ab aliis nondum animadversa erant, librariorum errata indagarem, sed etiam poeta quid scripsisset, plerumque mihi coniectura assecutus viderer. Ita autem emendatae tragoediae quam editionem iam parabam, Gothae sumptibus Henningsii typis excudendam, cum in ea per leges mihi scriptas non liceret idoneis argumentis correctiones meas confirmare, non potui, quin antea singulari hac dissertatione omnes eos locos fabulae illius tractarem, in quibus codicum scripturas abiiciendas ducerem. Qua in re ita versabor, ut primum de iis locis disseram, in quibus mutanda, deinde de illis, in quibus delenda ea verba videantur, quae in codicibus scripta reperiuntur. Nam quod rarius in ceteris fabulis Sophoclis accidisse videtur, ut versus spurii Sophocleis immiscerentur, id multo frequentius factum in Trachiniis esse demonstrabimus. Quamquam illud facile apparet diligenter cavendum esse, ne istiusmodi hominum doctorum vestigiis insistamus, qui, quicquid primo aspectu non satis placuerit, tamquam indignum Sophocle eiici voluerunt, saepe adeo falsi, ut ea exterminarent verba, quibus omissis ne verborum quidem sensus sententiarumque nexus constaret. Quo in genere magnopere quosdam novissimorum adnotatorum lapsos esse, ostendam tum, ubi, qui nequeant versus a Sophocle scripti existimari, planum fecero.

Denique illud praemitto, Scholia Romana, quae dicuntur, in Trachinias scripta et librariorum mendis magis quam cetera depravata esse et pretio atque doctrina longe illis cedere. Ac demonstrari quidem facile potest, magnam eorum partem non a Grammaticis Alexandrinis, sed ab hominibus septimi vel octavi post Christum natum saeculi compositam esse, et quidem talibus, qui neque Sophoclis dicendi genus intelligere aut explicare possent, neque mediocri linguae graecae scientia instructi essent. Simul illud certissimis argumentis comprobari potest, ipsos illos interpretes, quorum adnotationes falsissimas ineptissimasque videmus esse, tali codice fabulae usos esse, qui nihilo correctior esset quam illi, qui ad nostra usque tempora servati sunt.

De v. 7 sqq.

Ἥτις πατρὸς μὲν ἐν δόμοισιν Οἰνέως
ναίουσ' ἐνὶ Πλευρῶνι νυμφείων ὄκνον
ἄλγιστον ἔσχον, εἴ τις Αἰτωλὶς γυνή.
μνηστὴρ γὰρ ἦν μοι ποταμός, Ἀχελῷον λέγω,
ὅς μ' ἐν τρισὶν μορφαῖσιν ἐξῄτει πατρός,
φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος
δράκων ἑλικτός, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ τύπῳ
βούκρανος, ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος
κρουνοὶ διεῤῥαίνοντο κρηναίου ποτοῦ.
τοιόνδ' ἐγὼ μνηστῆρα προσδεδεγμένη
δύστηνος ἀεὶ κατθανεῖν ἐπευχόμην,
πρὶν τῆςδε κοίτης ἐμπελασθῆναί ποτε.

Iure recentiores editores v. 12 sq. ex Strabone X, 458. *κύτει βούπρῳρος* pro eo quod in codicibus Sophoclis positum videmus *τύπῳ βούκρανος* restituerunt. Neque enim intelligentiores lectores ambigere possunt, utra harum lectionum poetae, utra interpreti debeatur. En primum exemplum glossae a librariis receptae.

Item illud omnes intellexerunt editores, qui non ignorant, quibus vocabulorum formis in trimetris iambicis locus concedatur, non posse Sophoclem v. 7. epicum *ἐνί* posuisse existimari, praesertim cum ne scriptum quidem illud in optimis codicibus videamus, qui *ἐν* praebent. Quam ob causam qui meminerint, quoties dativo loci ab interpretibus *ἐν* praepositio apposita et a librariis recepta sit, ut factum exempli gratia El. 174., eo minus dubitabunt, quin hoc loco *ἔτι* adverbium, sensui accommodatissimum, restituendum sit, quo molestior praegressis modo verbis *ἐν δόμοισιν* praepositio *ἐν* ante nomen *Πλευρῶνι* est. Ita infra v. 172. dictum, *ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.*

Contra vehementer dissentiendum mihi ab editoribus recentioribus est, quod pro *ὄκνον*, quae omnium codicum scriptura est, ex scholiis *ὄτλον* receperunt. Primum multas in scholiis, quae in Trachinias scripta sunt, varias lectiones commemorari vilissimas ineptissimasque, certissimum est. Consule Comment. nostram de Schol. in Soph. tragg. auctoritate p. 24 sqq.

Ad eas referendam esse scripturam ὄτλον, statim apparebit. Res ipsa ostendit, id quod cum a veteribus Grammaticis tum a recentioribus interpretibus monitum est, νυμφεῖα ut alibi ita hoc loco idem atque νυμφεύματα, id est nuptias sive coniugium significare. Porro manifestum est, ὄτλον ἔχειν τινός non posse umquam alio sensu dictum esse, quam hoc, onus alicuius rei habere, sive alicuius rei onere premi. Atqui cum Deianira hoc loco de misera conqueratur conditione, in qua versata sit, cum ab Acheloo fluvio in coniugium peteretur, quis est quin intelligat, verba νυμφείων ὄτλον ἄλγιστον ἔσχον, nuptiarum onere miserrimo premebar, prorsus adversari loci sensui, siquidem Deianira virgo nuptiarum onus se sustinuisse dicere nullo pacto potuit. Contra accommodatissima sensui codicum scriptura est, νυμφείων ὄκνον ἄλγιστον ἔσχον. Quam qui propterea improbarunt, quod hoc loco non tam de metu ac sollicitudine quam de molestia dicendum fuerit, mihi quidem manifesto in errore versari videntur. Primum enim non dubium est, quin virginis honestae metus, ne viro taetro in matrimonium detur, summum malum, summa molestia sit. Deinde vero, id quod gravissimum est, ob id ipsum Deianira vitam adhuc actam miserrimam fuisse queritur, quod in perpetua sollicitudine et metu fuerit. Conferantur v. 26 sqq.:

τέλος δ᾽ ἔθηκε Ζεὺς ἀγώνιος καλῶς,
εἰ δὴ καλῶς. λέχος γὰρ Ἡρακλεῖ κριτὸν
ξυστᾶσ᾽, ἀεί τιν᾽ ἐκ φόβου φόβον τρέφω,
κείνου προκηραίνουσα.

Quamquam non est huius loci, de editorum interpretationibus dicere, tamen, quoniam attuli supra v. 15., non inutile erit paucis de significatu verbi προςδέχεσθαι monuisse, erroremque notasse, in quo, quod sciam, omnes lexicographi nostrae aetatis versantur. Erfurdtius, cui qui secuti sunt editores assensi sunt, προςδεδεγμένη explicat exspectans, cui explicationi facile est videre sententiam loci prorsus refragari. Neque enim quod exspectaret Deianira Acheloum procum, sed quod haberet procum, metueretque, ne maritum acciperet, miserrimam se fuisse ait. Fuisse enim illum procum, non exspectatum esse, diserte dicit v. 9. μνηστὴρ γὰρ ἦν μοι ποταμός,

Ἀχελῷον λέγω. Deinde equidem non novi ullum exemplum verbi *προςδέδεγμαι* ab Attico scriptore sensu exspectandi usurpati. Verum gravius etiam errarunt lexicographi, qui tempori praesenti eius verbi significationem exspectandi tribuant, quod ita esse, nullo umquam exemplo probari poterit. Immo solo perfecto verbi *δέχεσθαι* et compositi *προςδέχεσθαι* poetae epici nonnumquam ita usi sunt, ut exspectare significaret. Quod qui factum sit, illi intelligent, qui, quae sit temporis perfecti potestas, penitus perspectum habent. Significarunt autem veteres Graeci tempore perfecto non solum actam rem esse, de qua loquuntur, sed id, quod ex acta re consequatur, perdurare. Itaque verbum *δέχεσθαι* cum praeter alias significationes etiam hanc haberet, ut esset excipere impetum adversarii sive hominis sive pecudis, veluti apud Homerum Il. ε, 238.:

τόνδε δ' ἐγὼν ἐπιόντα δεδέξομαι ὀξέϊ δουρί,

fieri non potuit, quin perfectum eius verbi illo sensu usurpati non tantum excepi significaret, sed etiam perpetuum statum eius, qui impetum adversarii exceperit, indicaret, ideoque significaret, paratus sum ad petendum adversarium (*ich bin schussfertig*), unde natam apparet significationem exspectandi, opperiendi. Conf. Hom. Il. δ, 105 sqq.:

αὐτίκ' ἐσύλα τόξον ἐΰξοον, ἰξάλου αἰγὸς
ἀγρίου, ὅν ῥά ποτ' αὐτὸς ὑπὸ στέρνοιο τυχήσας,
πέτρης ἐκβαίνοντα δεδεγμένος ἐν προδοκῇσιν,
βεβλήκει πρὸς στῆθος.

In Sophoclis igitur Trachiniis v. 15. verba *τοιόνδε μνηστῆρα προςδεδεγμένη* hoc sensu dicta esse certum est, talem procum exceptum habens, i. e. talem procum apud me (in domo patris mei) habens, quemadmodum v. 376. *τίν' ἐςδέδεγμαι πημονήν* nihil est nisi *τίνα πημονὴν ἐν τῷ οἴκῳ ἔχω.*

Denique haereo in extremo versu eius loci, quem supra exscripsi,

πρὶν τῆςδε κοίτης ἐμπελασθῆναί ποτε.

Non fugit me, vocabula *λέκτρον*, *λέχος*, *εὐνή* a poetis tragicis nonnumquam ita usurpari, ut non tam locum sive lectum, quam potius mulierem sive uxorem significent. Cfr. Soph. Philoct. 677.:

τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ τῶν Διός.

Euripid. Androm. 908.:

ΟΡ. ἄλλην τιν' εὐνὴν ἀντὶ σοῦ στέργει πόσις;
ΕΡ. τὴν αἰχμάλωτον Ἕκτορος ξυνευνέτιν.

Soph. Ai. 211.:

λέγ', ἐπεί σε λέχος δουριάλωτον
στέρξας ἀνέχει θούριος Αἴας.

Trachin. 360.:

ἀλλ' ἡνίκ' οὐκ ἔπειθε τὸν φυτοσπόρον
τὴν παῖδα δοῦναι κρύφιον ὡς ἔχοι λέχος.

Addo quae eadem in fabula Hercules Hyllo filio praecipit v. 1222 sqq.:

ταύτην (τὴν Ἰόλην) ἐμοῦ θανόντος, εἴπερ εὐσεβεῖν
βούλει, πατρῴων ὁρκίων μεμνημένος,
προςθοῦ δάμαρτα, μηδ' ἀπιστήσῃς πατρί·
μηδ' ἄλλος ἀνδρῶν τοῖς ἐμοῖς πλευροῖς ὁμοῦ
κλιθεῖσαν αὐτὴν ἀντὶ σοῦ λάβοι ποτέ,
ἀλλ' αὐτός, ὦ παῖ, τοῦτο κήδευσον λέχος.

Verba enim *τοῦτο κήδευσον λέχος*, quibus idem rursus inculcatur Hyllo, quod praeceptum iam erat verbis *ταύτην προςθοῦ δάμαρτα*, hoc significant, hanc fove uxorem, i. e. hanc duc uxorem.

Contra illud neque ipse novi neque ab aliis umquam notatum vidi, eosdem illos poetas tragicos quae commemoravi vocabula de marito dixisse. Deinde numquam memini me legere vocabulum *κοίτη* eo sensu usurpatum, quo illa vocabula usurpata esse cognovimus. Atqui hoc facile apparet, verba *τῆςδε κοίτης* Trach. v. 17. non posse aliter accipi quam ita, ut *κοίτη* virum ipsum, i. e. Acheloum significet. Quod cum ab-

ine loquendi, dubita-
re id voluisset, quod
um est, ita scripturus

ασθῆναί ποτε,

endo τῆςδε a librariis
scripsisse:

θῆναί ποτε.

in Soph. Ai. v. 491.:

ξυνῆλθον.

, qui modo in scenam
modo datum esse ad-

δακτά μοι.

μένου
αἰσχύνην φέρει.

es editores, φέρει non
mque loci postulare, ut
endi ante posito. Hinc
ius et probabilius φέρει
mutaveris in φέροι, quem optativi usum rariorem librariis incognitum fuisse credi liceat. Confer Aeschyl. Ag. 615.:

ταῦτ᾽ ἀπάγγειλον πόσει,
ἥκειν ὅπως τάχιστ᾽ ἐράσμιον πόλει·
γυναῖκα πιστὴν δ᾽ ἐν δόμοις εὕροι μολών.

et Soph. Philoct. 617.:

εὐθέως ὑπέσχετο
τὸν ἄνδρ᾽ Ἀχαιοῖς τόνδε δηλώσειν ἄγων·
οἴοιτο μὲν μάλισθ᾽ ἑκούσιον λαβών.

Non fugit me, vocabula *λέκτρον*, *λέχος*, *εὐνή* a poetis tragicis nonnumquam ita usurpari, ut non tam locum sive lectum, quam potius mulierem sive uxorem significent. Cfr. Soph. Philoct. 677.:

τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ τῶν Διός.

Euripid. Androm. 908.:

ΟΡ. ἄλλην τιν' εὐνὴν ἀντὶ σοῦ στέργει πόσις;
ΕΡ. τὴν αἰχμάλωτον Ἕκτορος ξυνευνέτιν.

Soph. Ai. 211.:

λέγ', ἐπεὶ σε λέχος δουριάλωτον
στέρξας ἀνέχει θούριος Αἴας.

Trachin. 360.:

ἀλλ' ἡνίκ' οὐκ ἔπειθε τὸν φυτοσπόρον
τὴν παῖδα δοῦναι κρύφιον ὡς ἔχοι λέχος.

Addo quae eadem in fabula Hercules Hyllo filio praecipit v. 1222 sqq.:

ταύτην (τὴν Ἰόλην) ἐμοῦ θανόντος, εἴπερ εὐσεβεῖν
βούλει, πατρῴων ὁρκίων μεμνημένος,
προσθοῦ δάμαρτα, μηδ' ἀπιστήσῃς πατρί·
μηδ' ἄλλος ἀνδρῶν τοῖς ἐμοῖς πλευροῖς ὁμοῦ
κλιθεῖσαν αὐτὴν ἀντὶ σοῦ λάβοι ποτέ,
ἀλλ' αὐτός, ὦ παῖ, τοῦτο κήδευσον λέχος.

Verba enim *τοῦτο κήδευσον λέχος*, quibus idem rursus inculcatur Hyllo, quod praeceptum iam erat verbis *ταύτην προσθοῦ δάμαρτα*, hoc significant, hanc fove uxorem, i. e. hanc duc uxorem.

Contra illud neque ipse novi neque ab aliis umquam notatum vidi, eosdem illos poetas tragicos quae commemoravi vocabula de marito dixisse. Deinde numquam memini me legere vocabulum *κοίτη* eo sensu usurpatum, quo illa vocabula usurpata esse cognovimus. Atqui hoc facile apparet, verba *τῆςδε κοίτης* Trach. v. 17. non posse aliter accipi quam ita, ut *κοίτη* virum ipsum, i. e. Acheloum significet. Quod cum ab-

horreat a communi Graecorum consuetudine loquendi, dubitarique nequeat, quin Sophocles, si dicere id voluisset, quod verbis *τῆςδε κοίτης* nunc significari certum est, ita scripturus fuerit:

πρὶν τοῦδε τἀνδρὸς ἐμπελασθῆναί ποτε,

non puto me a vero aberrare, cum contendo *τῆςδε* a librariis male doctis positum esse, poetam autem scripsisse:

πρὶν τοῦδε κοίτης ἐμπελασθῆναί ποτε.

Conferenda quae Tecmessa Aiaci dicit in Soph. Ai. v. 491.:

τοιγαροῦν ἐπεὶ τὸ σὸν λέχος ξυνῆλθον.

De v. 66.

Deianira postquam Hyllum filium, qui modo in scenam processit, utilissimum consilium a serva modo datum esse admonuit, ille v. 64. quaerit:

ποῖον; δίδαξον, μῆτερ, εἰ διδακτά μοι.

Cui respondet Deianira:

σὲ πατρὸς οὕτω δαρὸν ἐξενωμένου
τὸ μὴ πυθέσθαι ποῦ 'στιν, αἰσχύνην φέρει.

Quo in loco non latuit diligentiores editores, *φέρει* non posse a poeta scriptum censeri, sensumque loci postulare, ut oratio obliqua sit et apta ex verbo dicendi ante posito. Hinc *φέρειν* illi scribendum putarunt. At facilius et probabilius *φέρει* mutaveris in *φέροι*, quem optativi usum rariorem librariis incognitum fuisse credi liceat. Confer Aeschyl. Ag. 615.:

ταῦτ' ἀπάγγειλον πόσει,
ἥκειν ὅπως τάχιστ' ἐράσμιον πόλει·
γυναῖκα πιστὴν δ' ἐν δόμοις εὕροι μολών.

et Soph. Philoct. 617.:

εὐθέως ὑπέσχετο
τὸν ἄνδρ' Ἀχαιοῖς τόνδε δηλώσειν ἄγων·
οἴοιτο μὲν μάλισθ' ἑκούσιον λαβών.

De v. 103 sqq.

Ποθουμένᾳ γὰρ φρενὶ πυνθάνομαι
τὰν ἀμφινεικῆ Δηϊάνειραν ἀεί,
οἷά τιν' ἄθλιον ὄρνιν,
οὔποτ' εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον, ἀλλ'
εὔμναστον ἀνδρὸς δεῖμα φέρουσαν ὁδοῦ
ἐνθυμίοις εὐναῖς ἀνανδρώτοισι τρύχεσθαι.

Nimia cum religione editores recentiores saepenumero etiam eas scripturas codicum retinuerunt, quas corruptas esse priores editores vera monstrata scriptura satis admonuerant. Illud autem cum extra omnem dubitationem positum sit, plurimis mendis depravatas Trachinias ad nostram aetatem pervenisse, illi profecto nullo modo probandi sunt, qui, quae sermoni graeco prorsus adversantur, summa cum pertinacia tenere, quam vel una mutata litterula id restituere malunt, quod et linguae graecae legibus et loci sententiae omnino conveniat. Ita hoc loco recentiores editores omnes retinuerunt *ποθουμένᾳ,* nihil dubitantes, quin paulo insolentius poeta medium pro activo *ποθούσῃ* posuerit. Quod primum propterea eo incredibilius est, quod ea ipsa in fabula poeta forma *ποθοῦμαι* vulgari sensu passivi usus est v. 632.:

δέδοικα γάρ,
μὴ πρῲ λέγοις ἂν τὸν πόθον τὸν ἐξ ἐμοῦ,
πρὶν εἰδέναι τἀκεῖθεν εἰ ποθούμεθα.

Accedit, quod, qui sensum totius loci diligentius adverterit, statim intelligat necesse est, verba *ποθουμένῃ* sive *ποθούσῃ φρενί* valde molesta esse, coniuncta cum iis verbis, quibuscum coniungenda sunt, *οὔποτ' εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον* etc. Quae cum ita sint, quis non assentiatur Musgravio, una mutata littera id restituenti, quod et usui linguae graecae et sensui huius loci accommodatissimum est, *πονουμένᾳ*? Apte idem comparavit huius fab. v. 985. *κεῖμαι πεπονημένος ἀλλήκτοις ὀδύναις.* et Thucyd. II, 51. *ἐπὶ πλέον δὲ ὅμως οἱ διαπεφευγότες τόν τε θνήσκοντα καὶ τὸν πονούμενον ᾠκτίζοντο.*

Non minus alienum v. 108. a sententia loci verbum est φέρουσαν, pro quo rectissime iam Casaubonus scribendum esse τρέφουσαν monuit, iure a Brunckio probatus. Nihilominus recentiores editores omnes vulgatam scripturam tuiti sunt, Hermanno assentientes, qui ad defendendam illam Soph. Oed. R. 93. et 863. adscripsit. At prior eorum locorum, τῶνδε πλέον φέρω τὸ πένθος ἢ καὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς πέρι, ab ipso Hermanno in novissima editione ita explicatus est, ut verbi φέρειν ibi positi longe alia significatio sit quam quae huic loco conveniat. In altero loco, εἴ μοι ξυνείη φέροντι μοῖρα τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων ἔργων τε πάντων, in eo tantum a se dissentiunt interpretes, quod alii, in quibus est Hermannus, φέρειν afferre, adhibere, alii auferre interpretantur. Harum neutram significationem patet in hunc locum quadrare, in quo illud certissimum est, id verbum, ex quo aptus accusativus δεῖμα sit, eiusmodi debere fuisse, quod significaret habere, fovere. Quo sensu cum poni non potuerit φέρειν, contra sciamus Sophoclem amasse verbum τρέφειν usurpare (vide quae ad Antig. 884. adnotavimus), eo minus dubitari licet, quin id ipsum restituendum sit, cum et metro optime congruat et facillime librariorum incuria in φέρειν mutari potuerit. Confer Trach. 28.:

ἀεί τιν' ἐκ φόβου φόβον τρέφω.

et O. R. 294.:

ἀλλ' εἴ τι μὲν δὴ δείματος τρέφει μέρος.

De v. 122.

Ὧν ἐπιμεμφομένα σ' ἁδεῖα μέν, ἀντία δ' οἴσω.

In interpretatione huius loci editores recentiores secuti sunt Hermannum, qui haec adnotavit:

„In nomine ἁδεῖα mirum haesisse interpretes; quin Brunckius pluralem esse voluit, contra leges grammaticas, certe Atticorum. Defendit Buttmannus Gramm. Gr. Vol. I. p. 253., sed quos affert, Theocrit. I, 95., apud eum ἁδεῖα femininum est, Aratus autem v. 1068 si θήλεια genere

neutro dixit, ut Alexandrini solent, captavit, quod aliquis aliquando vetustissimorum sibi indulsisset, quale est *ὀξεῖα χρέμισαν*, neglectum a Buttmanno, in Scuto Herc. v. 348., quod ita scriptum exstat etiam in Etymol. M. p. 814, 45. Musgravius *αἰδοῖα* coniecit, non male. Notandum tamen, hac voce Aeschylum, antiqui sermonis sectatorem, saepius usum esse, nusquam, quod sciam, Sophoclem aut Euripidem. *Ἡδύς* nunc est, qui aliis suavis est, *acceptus*, ut in Electr. 929., nunc, cui ipsi suave est, *laetus, lubens*, ut in Oed. R. 82. Hoc ergo dicit: *quorum causa succensens tibi, lubens quidem, sed contraria afferam*; i. e. propter illam aerumnosam, sed deorum praesidio tutam Herculis sortem ego, improbans querelas tuas, laeta quidem et lubens, sed tamen contradicam."

Monendum primum est, id quod alii iam animadverterunt, praeter hunc locum nullo exemplo confirmari, Graecos *ἐπιμέμφεσθαί τινά τινος* dixisse. Addo ne illud quidem cognitum mihi esse, verbum simplex *μέμφεσθαι* umquam simul cum accusativo hominis et genitivo rei coniunctum esse. Verum potuisse ita dici ut credas facile adducare et locutionibus similibus et eo, quod et *μέμφομαί τινα* et *μέμφομαί τινος* scilicet *πράγματος* saepe Graeci dixerunt. Qua in re illud tamen notandum puto, *μέμφομαί τινα* non tam succenseo alicui, quam potius accuso, reprehendo aliquem significare. Hoc ita esse, vel ex eo apparet, quod saepe dictum est *μέμφομαί τι*, veluti *βίον, τύχην, συμφορὰς βίου* et similia. Itaque succenseo alicui graece potius *μέμφομαί τινι* dicendum est. Accedit, quod hoc loco non est vero simile, ut virgines illae, ex quibus chorus constat, quae Deianiram summo amore maximaque pietate prosequantur, succensere se reginae dilectissimae dicant.

Itaque *μέμφομαί σε* sive *ἐπιμέμφομαί σε* cum significet accuso, reprehendo te, continuo sequitur, *ἐπιμέμφομαί σέ τινος*, si dictum umquam est, necessario hoc sensu dictum esse, ut significaret, accuso te alicuius rei, reprehendo te propter aliquam rem. Cuius rei confirmandae causa afferat quispiam *αἰτιᾶσθαί τινά τινος* et similes locutiones, cuius-

modi multas Matthiaeus §. 369. protulit. At hoc si ita est dixeruntque Graeci ἐπιμέμφομαί τινά τινος, illud nemo umquam negare poterit, casu genitivo necessario aut factum aut vitium vel virtutem aut sortem eius significari debere, cuius nomen casu accusativo elatum erit. Itaque ut αἰτιῶμαί σε φόνου, accuso te caedis, hoc uno sensu dici potest, ut caedes significetur ab eo ipso perpetrata, quem appello, ita ὧν sive τούτων ἐπιμέμφομαί σε per linguae leges non licet aliter interpretari quam sic, propter haec, quae facis, reprehendo te. Ac recte quidem in Trachiniarum loco quem tractamus ὧν ἐπιμεμφομένα σε dictum esset, si ὧν ad nimium illud desiderium perpetuasque querelas Deianirae, de quibus chorus in stropha prima dixit, referri posset. At fieri hoc cum nullo pacto possit, sed necessario ὧν, id quod omnes intellexerunt interprotes, referendum sit ad sententiam illam, quae praecedente stropha secunda effertur, Herculem quamvis perpetuis laboribus periculisque vexatum tamen semper dei praesidio ab interitu servari, quis tandem dubitabit, quin scripserit Sophocles:

ὧν ἔπι μεμφομένα σε etc.

Ac confirmatur haec correctio Scholiastae interpretatione, quae haec est: περὶ ὧν μεμφομένη σε. Neque haerebit quisquam in usu ἐπί praepositionis, Latinorum de hoc loco significantis, ita ut ἐπὶ ὧν sit propter ea sive quod attinet ea, nobis *in Beziehung auf dieses, aus diesem Grunde.* Cfr. Herodot. IV, 45.: οὐδ' ἔχω συμβαλέσθαι, ἐπ' ὅτευ μιῇ ἐούσῃ γῇ οὐνόματα τριφάσια κέεται. Alia eiusdem generis exempla vide apud Matth. §. 584. ζ. η. p. 1369. De postposita praepositione satis est unum attulisse locum O. R. 188.: ὧν ὕπερ — εὐῶπα πέμψον ἀλκάν.

Venimus ad verba ἀδεῖα μέν, ἀντία δ' οἴσω, quorum eam interpretationem Hermannus proposuit quam mea quidem sententia non modo verborum graecorum significatio, sed ne totius quidem loci ratio admittat. Primum enim vocabulo ἡδύς non videtur a Graecis alia tributa esse potestas, quam haec, ut esset dulcis, suavis, acceptus; neque idoneis exemplis probari posse puto, quod Hermannus ait, nonnumquam

ἡδύς esse, cui ipsi suave sit, laetum, lubentem. Cuius rei probandae causa quod attulit exemplum Soph. Oed. R. 82., id minime afferri debuisse facile potest doceri. Ibi eum Oedipus redire iamiam Creontem, qui Apollinem Delphicum consultum missus erat, a sacerdote admonitus esset, ubi suis ipsius oculis adventare eum videt, ita v. 80 sq. exclamat:

> ὦναξ Ἄπολλον, εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ
> σωτῆρι βαίη, λαμπρὸς ὥςπερ ὄμματι.

Cui respondet sacerdos:

> ἀλλ' εἰκάσαι μέν, ἡδύς. οὐ γὰρ ἂν κάρα
> πολυστεφὴς ὧδ' εἷρπε παγκάρπου δάφνης.

Quo in loco ut paulisper concedam, poni eiusmodi adiectivum potuisse, quo Creo laeto accedere animo indicaretur, tamen non est, quod, quae potuisse dici videantur, ea ita dicta esse opinemur, ut novas significationes verbis graecis affingamus nihil advertentes proprium et vulgarem eorum usum, loci sententiae accommodatissimum. Ita hic manifestum est, rectissime ἡδὺν accedere Creontem dici propterea, quod acceptus accedat Thebanis, faustum laetumque oraculum afferens. Eadem igitur huius loci ratio atque Electr. v. 929., ubi qui Orestem interisse Clytaemnestrae narraverat nuntius ab Electra dicitur esse κατ' οἶκον, ἡδὺς οὐδὲ μητρὶ δυςχερής.

Deinde vero Trachin. v. 123., de quo agimus, facile apparebit, quam Hermannus significationem esse adiectivi ἡδύς voluit, loci sententiae minime convenire. Constat chorus, qui haec dicit, ex virginibus Trachiniis, quae, cum mirifico amore ac benevolentia foverent Deianiram reginam, quo nomine v. 138. appellatur, eo uno consilio accesserant, ut animum eius tristissimum sollicitudinisque plenissimum consolarentur. Eo cum [illegible]o in Deianiram essent, fieri nullo pacto potuit, ut laetas et lubentes se ei contradicturas dicerent. Nam qui bene cupiat alteri, numquam profecto, praesertim nobilitate et dignitate si praestet, laetum lubentemque se contradicere ei fateatur, nisi quando, cum alter summum sibi infortunium accidisse opinetur, id non accidisse re ipsa probare possit. Atqui chorus salvum esse Herculem, cuius de sorte sollicita tri-

stisque Deianira erat, ignorans unum illud affert, quod ipsa tenebat Deianira, neque spem omnem in malis abiiciendam esse et laeta tristibus misceri a dis solere. Id autem patet chorum pro ea, quae cum Deianira ei intercedebat, ratione tantum cum verecundia quadam se afferre dicere potuisse.

Porro vix opus est ut moneatur, non minus errare illos, qui ἀδεῖα interpretentur benevola, comis. Neque enim umquam eo significatu usurpatum id adiectivum est. Accedit, quod, quae res utrique illi interpretationi adversatur, et particularum μέν — δέ collocatio et verbi φέρειν usus id nos statuere necessario cogit, ut ἀντία adiectivum generis neutrius est, ita quod praecedat adiectivum eiusdem generis et numeri esse. Atque hoc quidem recte sensit Brunckius, quem omnino sensu quodam recti et venusti instructum fuisse negari nequit, falsus tantum in eo, quod ἀδεῖα numerum esse pluralem voluit, cui opinioni et Atticorum leges grammaticas et huius ipsius loci rationem refragari recte ab aliis monitum est.

Ex iis quae iam exposuimus cuivis appareat necesse est, et corruptum esse ἀδεῖα, neque quicquam, quod in eius locum substituatur, aptius esse quam id quod Musgravius proposuit αἰδοῖα, ita ut totus versus sic scribendus sit:

> ὧν ἔπι μεμφομένα σ' αἰδοῖα μέν, ἀντία δ' οἴσω.

hoc sensu: quam ob rem reprehendens te quamvis verecunda tamen contraria afferam. De significatu voc. αἰδοῖος conf. Aeschyl. Suppl. 194.:

> ἀλλ' ὡς τάχιστα βᾶτε, καὶ —
> αἰδοῖα καὶ γόεδνα καὶ τὰ χρεῖ' ἔπη
> ξένους ἀμείβεσθ', ὡς ἐπήλυδας πρέπει.

et eiusdem fab. v. 455.:

> πολλῶν ἄκουσον τέρματ' αἰδοίων λόγων.

Certissimum autem illud est, si quod vocabulum epicum Aeschylus in trimetris iambicis usurpare non recusarit, nihil omnino causae esse, cur vetustius aut obsoletius id fuisse putemus, quam quo Sophocles uti in carmine melico potuerit, quem poetam Homeri imitatorem acerrimum fuisse inter omnes

constet. Denique cave, ne propterea *αἰδοῖα* recipere dubites, quod in paucis, quae aetatem tulerunt, fabulis Sophoclis non usurpatum reperiatur. Quae lex si valeret, plurima, in quibus nemo dum haesit, vocabula ex Sophoclis tragoediis eiicienda essent, quorum ex numero unum hoc affero, quod maxime huc pertinet, *αἰδόφρονες*, quod in uno Oed. Col. v. 237. legitur. Immo dubitari vix potest, quin nonnullae corruptelarum illarum, quae Sophoclis fabulas etiamnunc hic illic obsident, ita emendari tantum possint, ut talia vocabula restituantur, quae cum incognita essent librariis, quod aut semel aut rarissime a Sophocle eiusque aequalibus usurpata erant, depravata ab illis esse consentaneum sit. Istiusmodi vocabulum nuper demum intellexi sine dubitatione restituendum esse Electr. v. 573., quem locum nemo dum editorum interpretumve corruptum esse iudicavit. Ibi postquam exposuit Electra, qua de causa Agamemno suam ipsius filiam mactandam Dianae putarit, v. 573. ita pergit:

ὧδ' ἦν τὰ κείνης θύματ'· οὐ γὰρ ἦν λύσις
ἄλλη στρατῷ πρὸς οἶκον, οὐδ' ἐς Ἴλιον.

Cum nemo ante me de usu significatuque substantivi *λύσις* quicquam adnotasset, ego olim simili sensu positum hic verbum *λύεσθαι* videri monui, quo saepe *σώζεσθαι ἐς τόπον τινά* usurpatum esse constat, ita ut servari in locum significaret. Eam enim huius loci rationem esse apparet, ut nulla alia substantivi *λύσις* significatio ei accommodata sit. Atqui non minus certum est, numquam a quoquam Graecorum aut verbum *λύεσθαι* aut substantivum *λύσις* significatu illo aut usurpatum esse aut usurpari potuisse. Quae res me commovit, ut Sophoclem ita potius scripsisse nunc credam:

ὧδ' ἦν τὰ κείνης θύματ'· οὐ γὰρ ἤλυσις
ἄλλη στρατῷ πρὸς οἶκον ἦν, οὐδ' Ἴλιον.

Notum est, substantiva in *σις* exeuntia non raro sic usurpari, ut facultatem rei agendae significent. Cfr. quae ad Philoct. 61. adnotavi. Itaque sensus verborum hic est: neque enim aliter exercitui licuit domum aut Ilium venire. Substantivo autem *ἤλυσις* ter usus est Euripides, Hec. 67.:

σπεύσω βραδύπουν
ἤλυσιν ἄρθρων προτιθεῖσα.

Phoen. 851.:

ὡς ἐμὸν κάμνει γόνυ,
πυκνὴν δὲ βαίνων ἤλυσιν μόλις περῶ.

Herc. f. 1041.:

ὁ δ' — πρέσβυς ὑστέρῳ ποδί,
πικρὰν διώκων ἤλυσιν, πάρεσθ' ὅδε.

In extremo horum locorum a Cantero demum, quem omnes iure secuti sunt editores recentiores, vera quam exhibuimus scriptura restituta est, cum in codicibus omnibus pro ἤλυσιν scriptum τὴν λύσιν reperiatur. In Sophoclis loco nihil mirabitur, ἤλυσις a librariis in ἢν λύσις mutatum esse, qui meminerit, saepissime in eiusdem poetae fabulis ἢν pro ἢ a librariis scriptum esse.

In eadem autem illa Electrae oratione duo restant loci, quos data hac opportunitate emendare placet, cum a ceteris editoribus omnibus, tum a me pro incorruptis adhuc habitos. Electra enim ubi Clytaemnestram matrem, iure se occidisse Agamemnonem contendentem, monuit, nec interfecisse Agamemnonem, id quod praetenderat Clytaemnestra, Iphigeniam filiam, ut Menelao gratum faceret, nec, si eius gratia interfecisset, a Clytaemnestra occidi debuisse, inde a v. 584. haec addit:

ἀλλ' εἰσόρα, μὴ σκῆψιν οὐκ οὖσαν τίθῃς.
εἰ γὰρ θέλεις, δίδαξον, ἀνθ' ὅτου τανῦν
αἴσχιστα πάντων ἔργα δρῶσα τυγχάνεις,
ἥτις ξυνεύδεις τῷ παλαμναίῳ, μεθ' οὗ
πατέρα τὸν ἀμὸν πρόσθεν ἐξαπώλεσα,
καὶ παιδοποιεῖς, τοὺς δὲ πρόσθεν εὐσεβεῖς
κἀξ εὐσεβῶν βλαστόντας ἐκβαλοῦσ' ἔχεις.
πῶς ταῦτ' ἐπαινέσωμεν; ἢ καὶ τοῦτ' ἐρεῖς
ὡς τῆς θυγατρὸς ἀντίποινα λαμβάνεις;

Quo in loco verba v. 591. ἢ καὶ τοῦτ' ἐρεῖς aliquid vitii contraxisse, inde apparet, quod Clytaemnestra, cur Aegistho

De v. 103 sqq.

Ποθουμένᾳ γὰρ φρενὶ πυνθάνομαι
τὰν ἀμφινεικῆ Δηϊάνειραν ἀεί,
οἷά τιν' ἄθλιον ὄρνιν,
οὔποτ' εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον, ἀλλ'
εὔμναστον ἀνδρὸς δεῖμα φέρουσαν ὁδοῦ
ἐνθυμίοις εὐναῖς ἀνανδρώτοισι τρύχεσθαι.

Nimia cum religione editores recentiores saepenumero etiam eas scripturas codicum retinuerunt, quas corruptas esse priores editores vera monstrata scriptura satis admonuerant. Illud autem cum extra omnem dubitationem positum sit, plurimis mendis depravatas Trachinias ad nostram aetatem pervenisse, illi profecto nullo modo probandi sunt, qui, quae sermoni graeco prorsus adversantur, summa cum pertinacia tenere, quam vel una mutata litterula id restituere malunt, quod et linguae graecae legibus et loci sententiae omnino conveniat. Ita hoc loco recentiores editores omnes retinuerunt *ποθουμένᾳ,* nihil dubitantes, quin paulo insolentius poeta medium pro activo *ποθούσῃ* posuerit. Quod primum propterea eo incredibilius est, quod ea ipsa in fabula poeta forma *ποθοῦμαι* vulgari sensu passivi usus est v. 632.:

δέδοικα γάρ,
μὴ πρῷ λέγοις ἂν τὸν πόθον τὸν ἐξ ἐμοῦ,
πρὶν εἰδέναι τἀκεῖθεν εἰ ποθούμεθα.

Accedit, quod, qui sensum totius loci diligentius adverterit, statim intelligat necesse est, verba *ποθουμένῃ* sive *ποθούσῃ φρενί* valde molesta esse, coniuncta cum iis verbis, quibuscum coniungenda sunt, *οὔποτ' εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον* etc. Quae cum ita sint, quis non assentiatur Musgravio, una mutata littera id restituenti, quod et usui linguae graecae et sensui huius loci accommodatissimum est, *πονουμένᾳ*? Apte idem comparavit huius fab. v. 985. *κεῖμαι πεπονημένος ἀλλήκτοις ὀδύναις.* et Thucyd. II, 51. *ἐπὶ πλέον δὲ ὅμως οἱ διαπεφευγότες τόν τε θνήσκοντα, καὶ τὸν πονούμενον ᾠκτίζοντο.*

Non minus alienum v. 108. a sententia loci verbum est *φέρουσαν*, pro quo rectissime iam Casaubonus scribendum esse *τρέφουσαν* monuit, iure a Brunckio probatus. Nihilominus recentiores editores omnes vulgatam scripturam tuiti sunt, Hermanno assentientes, qui ad defendendam illam Soph. Oed. R. 93. et 863. adscripsit. At prior eorum locorum, *τῶνδε πλέον φέρω τὸ πένθος ἢ καὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς πέρι*, ab ipso Hermanno in novissima editione ita explicatus est, ut verbi *φέρειν* ibi positi longe alia significatio sit quam quae huic loco conveniat. In altero loco, *εἴ μοι ξυνείη φέροντι μοῖρα τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων ἔργων τε πάντων*, in eo tantum a se dissentiunt interpretes, quod alii, in quibus est Hermannus, *φέρειν* afferre, adhibere, alii auferre interpretantur. Harum neutram significationem patet in hunc locum quadrare, in quo illud certissimum est, id verbum, ex quo aptus accusativus *δεῖμα* sit, eiusmodi debere fuisse, quod significaret habere, fovere. Quo sensu cum poni non potuerit *φέρειν*, contra sciamus Sophoclem amasse verbum *τρέφειν* usurpare (vide quae ad Antig. 884. adnotavimus), eo minus dubitari licet, quin id ipsum restituendum sit, cum et metro optime congruat et facillime librariorum incuria in *φέρειν* mutari potuerit. Confer Trach. 28.:

ἀεί τιν' ἐκ φόβου φόβον τρέφω.

et O. R. 294.:

ἀλλ' εἴ τι μὲν δὴ δείματος τρέφει μέρος.

De v. 122.

Ὧν ἐπιμεμφομένα σ' ἁδεῖα μέν, ἀντία δ' οἴσω.

In interpretatione huius loci editores recentiores secuti sunt Hermannum, qui haec adnotavit:

„In nomine *ἁδεῖα* mirum haesisse interpretes; quin Brunckius pluralem esse voluit, contra leges grammaticas, certe Atticorum. Defendit Buttmannus Gramm. Gr. Vol. I. p. 253., sed quos affert, Theocrit. I, 95., apud eum *ἁδεῖα* femininum est, Aratus autem v. 1068 si *θηλεῖα* genere

neutro dixit, ut Alexandrini solent, captavit, quod aliquis aliquando vetustissimorum sibi indulsisset, quale est *ὀξεῖα χρέμισαν*, neglectum a Buttmanno, in Scuto Herc. v. 348., quod ita scriptum exstat etiam in Etymol. M. p. 814, 45. Musgravius *αἰδοῖα* coniecit, non male. Notandum tamen, hac voce Aeschylum, antiqui sermonis sectatorem, saepius usum esse, nusquam, quod sciam, Sophoclem aut Euripidem. *Ἡδύς* nunc est, qui aliis suavis est, *acceptus*, ut in Electr. 929., nunc, cui ipsi suave est, *laetus, lubens*, ut in Oed. R. 82. Hoc ergo dicit: *quorum causa succensens tibi, lubens quidem, sed contraria afferam*; i. e. propter illam aerumnosam, sed deorum praesidio tutam Herculis sortem ego, improbans querelas tuas, laeta quidem et lubens, sed tamen contradicam."

Monendum primum est, id quod alii iam animadverterunt, praeter hunc locum nullo exemplo confirmari, Graecos *ἐπιμέμφεσθαί τινά τινος* dixisse. Addo ne illud quidem cognitum mihi esse, verbum simplex *μέμφεσθαι* umquam simul cum accusativo hominis et genitivo rei coniunctum esse. Verum potuisse ita dici ut credas facile adducare et locutionibus similibus et eo, quod et *μέμφομαί τινα* et *μέμφομαί τινος* scilicet *πράγματος* saepe Graeci dixerunt. Qua in re illud tamen notandum puto, *μέμφομαί τινα* non tam succenseo alicui, quam potius accuso, reprehendo aliquem significare. Hoc ita esse, vel ex eo apparet, quod saepe dictum est *μέμφομαί τι*, veluti *βίον, τύχην, συμφορὰς βίου* et similia. Itaque succenseo alicui graece potius *μέμφομαί τινι* dicendum est. Accedit, quod hoc loco non est vero simile, ut virgines illae, ex quibus chorus constat, quae Deianiram summo amore maximaque pietate prosequantur, succensere se reginae dilectissimae dicant.

Itaque *μέμφομαί σε* sive *ἐπιμέμφομαί σε* cum significet accuso, reprehendo te, continuo sequitur, *ἐπιμέμφομαί σέ τινος*, si dictum umquam est, necessario hoc sensu dictum esse, ut significaret, accuso te alicuius rei, reprehendo te propter aliquam rem. Cuius rei confirmandae causa afferat quispiam *αἰτιᾶσθαί τινά τινος* et similes locutiones, cuius-

modi multas Matthiaeus §. 369. protulit. At hoc si ita est dixeruntque Graeci *ἐπιμέμφομαί τινά τινος*, illud nemo umquam negare poterit, casu genitivo necessario aut factum aut vitium vel virtutem aut sortem eius significari debere, cuius nomen casu accusativo elatum erit. Itaque ut *αἰτιῶμαί σε φόνου;* accuso te caedis, hoc uno sensu dici potest, ut caedes significetur ab eo ipso perpetrata, quem appello, ita *ὧν* sive *τούτων ἐπιμέμφομαί σε* per linguae leges non licet aliter interpretari quam sic, propter haec, quae facis, reprehendo te. Ac recte quidem in Trachiniarum loco quem tractamus *ὧν ἐπιμεμφομένα σε* dictum esset, si *ὧν* ad nimium illud desiderium perpetuasque querelas Deianirae, de quibus chorus in stropha prima dixit, referri posset. At fieri hoc cum nullo pacto possit, sed necessario *ὧν*, id quod omnes intellexerunt interpretes, referendum sit ad sententiam illam, quae praecedente stropha secunda effertur, Herculem quamvis perpetuis laboribus periculisque vexatum tamen semper dei praesidio ab interitu servari, quis tandem dubitabit, quin scripserit Sophocles:

ὧν ἔπι μεμφομένα σε etc.

Ac confirmatur haec correctio Scholiastae interpretatione, quae haec est: *περὶ ὧν μεμφομένη σε.* Neque haerebit quisquam in usu *ἐπί* praepositionis, Latinorum de hoc loco significantis, ita ut *ἐπὶ ὧν* sit propter ea sive quod attinet ea, nobis *in Beziehung auf dieses, aus diesem Grunde.* Cfr. Herodot. IV, 45.: *οὐδ' ἔχω συμβαλέσθαι, ἐπ' ὅτευ μιῇ ἐούσῃ γῇ οὐνόματα τριφάσια κέεται.* Alia eiusdem generis exempla vide apud Matth. §. 584. ζ. η. p. 1369. De postposita praepositione satis est unum attulisse locum O. R. 188.: *ὧν ὕπερ — εὐῶπα πέμψον ἀλκάν.*

Venimus ad verba *ἀδεῖα μέν, ἀντία δ' οἴσω*, quorum eam interpretationem Hermannus proposuit quam mea quidem sententia non modo verborum graecorum significatio, sed ne totius quidem loci ratio admittat. Primum enim vocabulo *ἡδύς* non videtur a Graecis alia tributa esse potestas, quam haec, ut esset dulcis, suavis, acceptus; neque idoneis exemplis probari posse puto, quod Hermannus ait, nonnumquam

ἡδύς esse, cui ipsi suave sit, laetum, lubentem. Cuius rei probandae causa quod attulit exemplum Soph. Oed. R. 82., id minime afferri debuisse facile potest doceri. Ibi cum Oedipus redire iamiam Creontem, qui Apollinem Delphicum consultum missus erat, a sacerdote admonitus esset, ubi suis ipsius oculis adventare eum videt, ita v. 80 sq. exclamat:

> *ὦναξ Ἄπολλον, εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ*
> *σωτῆρι βαίη, λαμπρὸς ὥςπερ ὄμματι.*

Cui respondet sacerdos:

> *ἀλλ' εἰκάσαι μέν, ἡ δ ύ ς. οὐ γὰρ ἂν κάρα*
> *πολυστεφὴς ὧδ' εἷρπε παγκάρπου δάφνης.*

Quo in loco ut paulisper concedam, poni eiusmodi adiectivum potuisse, quo Creo laeto accedere animo indicaretur, tamen non est, quod, quae potuisse dici videantur, ea ita dicta esse opinemur, ut novas significationes verbis graecis affingamus nihil advertentes proprium et vulgarem eorum usum, loci sententiae accommodatissimum. Ita hic manifestum est, rectissime *ἡδὺν* accedere Creontem dici propterea, quod a c c e p t u s accedat Thebanis, faustum laetumque oraculum afferens. Eadem igitur huius loci ratio atque Electr. v. 929., ubi qui Orestem interisse Clytaemnestrae narraverat nuntius ab Electra dicitur esse *κατ' οἶκον, ἡδὺς οὐδὲ μητρὶ δυςχερής*.

Deinde vero Trachin. v. 123., de quo agimus, facile apparebit, quam Hermannus significationem esse adiectivi *ἡδύς* voluit, loci sententiae minime convenire. Constat chorus, qui haec dicit, ex virginibus Trachiniis, quae, cum mirifico amore ac benevolentia foverent Deianiram reginam, quo nomine v. 138. appellatur, eo uno consilio accesserant, ut animum eius tristissimum sollicitudinisque plenissimum consolarentur. Eo cum [illegible]io in Deianiram essent, fieri nullo pacto potuit, ut laetas et lubentes se ei contradicturas dicerent. Nam qui bene cupiat alteri, numquam profecto, praesertim nobilitate et dignitate si praestet, laetum lubentemque se contradicere ei fateatur, nisi quando, cum alter summum sibi infortunium accidisse opinetur, id non accidisse re ipsa probare possit. Atqui chorus salvum esse Herculem, cuius de sorte sollicita tri-

stisque Deianira erat, ignorans unum illud affert, quod ipsa tenebat Deianira, neque spem omnem in malis abiiciendam esse et laeta tristibus misceri a dis solere. Id autem patet chorum pro ea, quae cum Deianira ei intercedebat, ratione tantum cum verecundia quadam se afferre dicere potuisse.

Porro vix opus est ut moneatur, non minus errare illos, qui ἀδεῖα interpretentur benevola, comis. Neque enim umquam eo significatu usurpatum id adiectivum est. Accedit, quod, quae res utrique illi interpretationi adversatur, et particularum μέν — δέ collocatio et verbi φέρειν usus id nos statuere necessario cogit, ut ἀντία adiectivum generis neutrius est, ita quod praecedat adiectivum eiusdem generis et numeri esse. Atque hoc quidem recte sensit Brunckius, quem omnino sensu quodam recti et venusti instructum fuisse negari nequit, falsus tantum in eo, quod ἀδεῖα numerum esse pluralem voluit, cui opinioni et Atticorum leges grammaticas et huius ipsius loci rationem refragari recte ab aliis monitum est.

Ex iis quae iam exposuimus cuivis appareat necesse est, et corruptum esse ἀδεῖα, neque quicquam, quod in eius locum substituatur, aptius esse quam id quod Musgravius proposuit αἰδοῖα, ita ut totus versus sic scribendus sit:

ὧν ἔπι μεμφομένα σ' αἰδοῖα μέν, ἀντία δ' οἴσω.

hoc sensu: quam ob rem reprehendens te quamvis verecunda tamen contraria afferam. De significatu voc. αἰδοῖος conf. Aeschyl. Suppl. 194.:

ἀλλ' ὡς τάχιστα βᾶτε, καὶ —
αἰδοῖα καὶ γόεδνα καὶ τὰ χρεῖ' ἔπη
ξένους ἀμείβεσθ', ὡς ἐπήλυδας πρέπει.

et eiusdem fab. v. 455.:

πολλῶν ἄκουσον τέρματ' αἰδοίων λόγων.

Certissimum autem illud est, si quod vocabulum epicum Aeschylus in trimetris iambicis usurpare non recusarit, nihil omnino causae esse, cur vetustius aut obsoletius id fuisse putemus, quam quo Sophocles uti in carmine melico potuerit, quem poetam Homeri imitatorem acerrimum fuisse inter omnes

constet. Denique cave, ne propterea *αἰδοῖα* recipere dubites, quod in paucis, quae aetatem tulerunt, fabulis Sophoclis non usurpatum reperiatur. Quae lex si valeret, plurima, in quibus nemo dum haesit, vocabula ex Sophoclis tragoediis eiicienda essent, quorum ex numero unum hoc affero, quod maxime huc pertinet, *αἰδόφρονες*, quod in uno Oed. Col. v. 237. legitur. Immo dubitari vix potest, quin nonnullae corruptelarum illarum, quae Sophoclis fabulas etiamnunc hic illic obsident, ita emendari tantum possint, ut talia vocabula restituantur, quae cum incognita essent librariis, quod aut semel aut rarissime a Sophocle eiusque aequalibus usurpata erant, depravata ab illis esse consentaneum sit. Istiusmodi vocabulum nuper demum intellexi sine dubitatione restituendum esse Electr. v. 573., quem locum nemo dum editorum interpretumve corruptum esse iudicavit. Ibi postquam exposuit Electra, qua de causa Agamemno suam ipsius filiam mactandam Dianae putarit, v. 573. ita pergit:

ὧδ' ἦν τὰ κείνης θύματ'· οὐ γὰρ ἦν λύσις
ἄλλη στρατῷ πρὸς οἶκον, οὐδ' ἐς Ἴλιον.

Cum nemo ante me de usu significatuque substantivi *λύσις* quicquam adnotasset, ego olim simili sensu positum hic verbum *λύεσθαι* videri monui, quo saepe *σώζεσθαι ἐς τόπον τινά* usurpatum esse constat, ita ut servari in locum significaret. Eam enim huius loci rationem esse apparet, ut nulla alia substantivi *λύσις* significatio ei accommodata sit. Atqui non minus certum est, numquam a quoquam Graecorum aut verbum *λύεσθαι* aut substantivum *λύσις* significatu illo aut usurpatum esse aut usurpari potuisse. Quae res me commovit, ut Sophoclem ita potius scripsisse nunc credam:

ὧδ' ἦν τὰ κείνης θύματ'· οὐ γὰρ ἤλυσις
ἄλλη στρατῷ πρὸς οἶκον ἦν, οὐδ' Ἴλιον.

Notum est, substantiva in *σις* exeuntia non raro sic usurpari, ut facultatem rei agendae significent. Cfr. quae ad Philoct. 61. adnotavi. Itaque sensus verborum hic est: neque enim aliter exercitui licuit domum aut Ilium venire. Substantivo autem *ἤλυσις* ter usus est Euripides, Hec. 67.:

σπεύσω βραδύπουν
ἤλυσιν ἄρθρων προτιθεῖσα.

Phoen. 851.:

ὡς ἐμὸν κάμνει γόνυ,
πυκνὴν δὲ βαίνων ἤλυσιν μόλις περῶ.

Herc. f. 1041.:

ὁ δ' — πρέσβυς ὑστέρῳ ποδί,
πικρὰν διώκων ἤλυσιν, πάρεσθ' ὅδε.

In extremo horum locorum a Cantero demum, quem omnes iure secuti sunt editores recentiores, vera quam exhibuimus scriptura restituta est, cum in codicibus omnibus pro ἤλυσιν scriptum τὴν λύσιν reperiatur. In Sophoclis loco nihil mirabitur, ἤλυσις a librariis in ἦν λύσις mutatum esse, qui meminerit, saepissime in eiusdem poetae fabulis ἦν pro ἢ a librariis scriptum esse.

In eadem autem illa Electrae oratione duo restant loci, quos data hac opportunitate emendare placet, cum a ceteris editoribus omnibus, tum a me pro incorruptis adhuc habitos. Electra enim ubi Clytaemnestram matrem, iure se occidisse Agamemnonem contendentem, monuit, nec interfecisse Agamemnonem, id quod praetenderat Clytaemnestra, Iphigeniam filiam, ut Menelao gratum faceret, nec, si eius gratia interfecisset, a Clytaemnestra occidi debuisse, inde a v. 584. haec addit:

ἀλλ' εἰσόρα, μὴ σκῆψιν οὐκ οὖσαν τίθῃς.
εἰ γὰρ θέλεις, δίδαξον, ἀνθ' ὅτου τανῦν
αἴσχιστα πάντων ἔργα δρῶσα τυγχάνεις,
ἥτις ξυνεύδεις τῷ παλαμναίῳ, μεθ' οὗ
πατέρα τὸν ἀμὸν πρόσθεν ἐξαπώλεσα,
καὶ παιδοποιεῖς, τοὺς δὲ πρόσθεν εὐσεβεῖς
κἀξ εὐσεβῶν βλαστόντας ἐκβαλοῦσ' ἔχεις.
πῶς ταῦτ' ἐπαινέσωμεν; ἢ καὶ τοῦτ' ἐρεῖς
ὡς τῆς θυγατρὸς ἀντίποινα λαμβάνεις;

Quo in loco verba v. 591. ἢ καὶ τοῦτ' ἐρεῖς aliquid vitii contraxisse, inde apparet, quod Clytaemnestra, cur Aegistho

nupsisset, neque ipsa ullo verbo antea monuerat, neque ab Electra iam interrogata erat, ita ut *καὶ τοῦτο* hic quidem dici non posset. Immo quicunque totius loci sensum diligentius consideraverit, facile mihi assentietur, contendenti Electram nihil hic nisi hoc dicere posse: an hoc quoque, quod turpissime cum Aegistho rem habes, facere te, ut filiae caedem ulciscare, dices? Id autem ut diceret poeta, necessario sic scripsisse existimandus est:

ἢ καὶ ταῦτ' ἐρεῖς
ὡς τῆς θυγατρὸς ἀντίποινα λαμβάνεις;

id est, *ἢ ἐρεῖς, ὡς καὶ ταῦτα τῆς θυγατρὸς ἀντίποινά ἐστιν, ἃ λαμβάνεις;* Duo iam insimulatur Clytaemnestra flagitia commisisse, ut caedem filiae vindicaret, primum, quod suum ipsius maritum occiderit, de quo ante dictum ab Electra v. 558 sqq., alterum, quod eidem viro, quocum occiderit maritum, nupserit. Confirmatur emendatio verbis statim sequentibus:

αἰσχρῶς δ', ἐάν περ καὶ λέγῃς. οὐ γὰρ καλὸν
ἐχθροῖς γαμεῖσθαι τῆς θυγατρὸς οὕνεκα.

Ceterum non possum, quin illud simul lectores admoneam, quod pluribus alio loco planum faciam, v. 588.:

πατέρα τὸν ἀμὸν πρόσθεν ἐξαπώλεσας,

minime a Sophocle scriptum esse iudicari posse.

Postremo paene pudet me negligentiae meae, quod in eadem illa Electrae oratione cum ceteris editoribus omnibus intactum mendum reliqui, quod in his v. 605 sqq. verbis latet:

τοῦδέ γ' οὕνεκα
κήρυσσέ μ' εἰς ἅπαντας εἴτε χρὴ κακήν,
εἴτε στόμαργον, εἴτ' ἀναιδείας πλέαν.

Quis enim non videat, alienissimum a sensu loci verbum *χρή* esse? Pro quo tu noli dubitare quin rescribendum id verbum sit, quod quamvis invitis omnibus codicibus tamen verissime iam duobus in locis Sophoclis restitutum est, verbum dico *χρῇς*, significans *θέλεις* sive *χρήζεις*. Cfr. Ai. 1373.

σοὶ δὲ δρᾶν ἔξεισθ' ἃ χρῇς.

et Antig. 887.:

ἄφετε μόνην ἔρημον, εἴτε χρῇ θανεῖν
εἴτ' ἐν τοιαύτῃ ζῶσα τυμβεύειν στέγῃ.

Ad quem locum vide quae in editione nostra adnotata sunt.

De v. 145.

Πεπυσμένη μέν, ὡς ἀπεικάσαι, πάρει
πάθημα τοὐμόν· ὡς δ' ἐγὼ θυμοφθορῶ,
μήτ' ἐκμάθοις παθοῦσα, νῦν δ' ἄπειρος εἶ.
τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται
χώροισιν αὐτοῦ, καί νιν οὐ θάλπος θεοῦ,
οὐδ' ὄμβρος, οὐδὲ πνευμάτων οὐδὲν κλονεῖ,
ἀλλ' ἡδοναῖς ἄμοχθον ἐξαίρει βίον
ἐς τοῦθ', ἕως τις ἀντὶ παρθένου γυνὴ
κληθῇ λάβῃ τ' ἐν νυκτὶ φροντίδων μέρος.

Hic quoque mirere recentiores editores, qui paene omnes v. 145. incorruptum esse iudicarint. Nam si qui vel obiter hunc quem exscripsi locum perlegerit, hoc quidem primo aspectu animadvertat necesse est, non inconcinne, sed absurde locuturum poetam fuisse, si v. 144. τοιοῖσδε posuisset non addita explicatione, quam exspectare auditores posito isto pronomine iussit. Neque enim referri τοιοῖσδε ad antecedentia posse, per se quisque intelligit. Deinde non magno opus est ingenii acumine, ut perspicias, verba illa ἐν τοιοῖσδε χώροισιν αὐτοῦ nullo modo cum ceteris quae praecedunt et sequuntur congruere. Quin integra mente si qui haec legat, in eandem cum Musgravio opinionem incidet, ut poetam ita scripsisse putet:

τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται
χώροις, ἵν' . . . . . οὐ θάλπος θεοῦ
οὐδ' ὄμβρος, οὐδὲ πνευμάτων οὐδὲν κλονεῖ.

Quae mutatio adeo et necessaria et facilis vel potius nulla est, ut ad confirmandam eam non opus sit verbum addere. Neque recipere eam dubitavit Hermannus. Vides comparari, id quod alibi saepe factum, teneras puellas sive virgines cum plantis teneris, eo in loco sitis, ubi nec calori nimio, nec imbri, nec procellae obnoxiae sint. Conferatur Hom. Od. ε, 478 sqq.:

τοὺς (θάμνους) μὲν ἄρ' οὔτ' ἀνέμων διάει μένος ὑγρὸν ἀέντων,
οὐδέ ποτ' Ἠέλιος φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν,
οὔτ' ὄμβρος περάασκε διάμπερες.

Adde quae Aiax in fabula cogn. ad filium tenerrimum conversus ait v. 558 sq.:

τέως δὲ κούφοις πνεύμασιν βόσκου, νέαν
ψυχὴν ἀτάλλων.

Ad quem locum Scholiasta recte adnotavit: **κούφοις πνεύμασιν·** κούφῃ καὶ ἁπαλῇ ζωῇ· τῇ δὲ μεταφορᾷ τῶν μικρῶν φυτῶν ἐχρήσατο, ἅτινα οὐδὲν σφοδρὸν δύναται ὑποφέρειν, οὐ καύσωνα, οὐκ ἄνεμον. Similia ex aliis depromta scriptoribus ad eum locum nos attulimus.

Quid autem, quaerat iam quispiam, verbis illis quae omisimus αὑτοῦ καί νιν faciendum est? Musgravio enim accedi non posse, aut αὐτοῦ χλοῦνιν, aut αὐτοῦ παιδνόν, aut οὐ ψύχη νιν scribendum opinanti, facile apparet. Nec minus a vero mihi aberrasse Hermannus videtur, qui quamvis nihil mutarit, ita tamen interpretatus sit verba illa, ut nesciam, an violentam facere correctionem quam istiusmodi proponere interpretationem praestet. Scribit enim, χώροις, ἵν' αὑτοῦ, καί νιν etc., idque sic explicat: iuvenilis aetas huiusmodi in locis pascitur, *ubi sui iuris est*, neque etc. Nihil ut dicam de magna duritie, quae est in omisso verbo ἐστίν, ad pronomen αὑτοῦ intelligendo, illud profecto, qui veterum Graecorum mores et vitae consuetudinem diligenter adverterit, sine dubitatione concedet, nullo pacto virgines eorum, de quibus solis hic sermo est, dum in domo parentum essent, liberas ac solutas suique iuris fuisse, postquam autem nuptae essent, libertatem illam amisisse posse dici. Praeterea quis umquam credat, Sophoclem, poetam venustissimum, primum virgines si fuissent sui iuris, eo in loco dicturum fuisse, ubi cum plantis eas comparat, in horto sitis, qui tutus a procellis, imbribus, calore solis sit, deinde imaginem illam pulcherrimam sententia ista tenui et prosaica interpellaturum et depravaturum fuisse?

Quamquam ego non tantum mihi sumo nec arrogo, ut pro certo affirmari posse contendam, quid poeta pro *αὐτοῦ καί νιν* scripserit, tamen sic existimo, nec dubitari debere, quin corrupta verba illa sint, et magna certe cum probabilitate genuinam poetae manum restitui posse. Verba enim *θάλπος θεοῦ* qui diligentius inspexerit, facile intelliget non sufficere ad significandos torrentes solis radios, cum neque *θάλπος* de solo calore solis aut ignis, neque *θεός* nomen nude positum de Sole deo dici consuerit. Posterioris nominis usum quod attinet, Neuius in nota ad hunc locum lectores Marklandi adnotationem ad Eur. Suppl. 208. scriptam conferre iussit. At is secundum Barnesium tria haec exempla affert, primum Herodot. II, 24., quo nihil probatur nisi hoc, quod vel pueris notum, Solem esse deum indicatum, secundum Eurip. Suppl. v. 469.:

εἰ δ' ἐστὶν ἐν γῇ, πρὶν θεοῦ δῦναι σέλας,
λύσαντα σεμνὰ στεμμάτων μυστήρια
τῆςδ' ἐξελαύνειν.

tertium eiusdem Euripidis Med. v. 352.:

εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ.

Quartum quod allatum est exemplum ex Eurip. Suppl. 208. non numero utpote corruptum:

πρὸς δὲ τοῖσι χείματος
προβλήματ', αἶθόν τ' ἐξαμύνασθαι θεοῦ.

In duobus autem illis, Eur. Suppl. 469. et Med. v. 352., plus quam satis auditores additis aliis verbis admonentur, dei nomine, qui commemoratur, Solem significari. Quod non ita est in Trach. v. 145., in quo mea quidem sententia dubitari vix potest, quin adiectum a poeta istiusmodi nomen fuerit, quo non solum, qui deus intelligendus esset, clarius pateret, sed etiam nimia eius dei et perniciosa plantis vis significaretur. Hinc ita poetam scripsisse puto:

χώροις, ἵν' αὐαίνοντος οὐ θάλπος θεοῦ,
οὐδ' ὄμβρος, οὐδὲ πνευμάτων οὐδὲν κλονεῖ.

Quod participium si, quod fieri facile potuit, ab interprete adiectivo *ἀναντικοῦ* explicatum erat, eaque glossa, ut factum saepissime in Trachiniis est, pro varia lectione habita et recepta a librariis erat, quis non intelligat, facillime librariorum aut inscitia aut negligentia *ἀνάντικον* mutari in *αὐτοῦ κάκεῖνον* potuisse? Salvo autem sensu omittere poetae *νὶν* pronomen licuisse, non opus est ut exemplis ostendamus. Postremo vix commemoratu dignum est, quod a Scholiasta monitum, qui hic quoque codice usus est non integriore, quam qui nobis servati sunt, pro *αὐτοῦ* in aliis libris *αὑτοῦ* scribi.

De v. 167.

Τότ' ἢ θανεῖν χρείη σφε τῷδε τῷ χρόνῳ,
ἢ τοῦθ' ὑπεκδραμόντα τοῦ χρόνου τέλος
τὸ λοιπὸν ἤδη ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ.

Cum praecedant verba *τῷδε τῷ χρόνῳ*, Sophocli per leges grammaticas non licuit scribere *τοῦτο — τοῦ χρόνου τέλος*, sed requiritur necessario, *τοῦδε — τοῦ χρόνου τέλος*. Quod restituendum est.

De v. 218.

Ἰδού μ' ἀναταράσσει.

Qui vel medioeri metrorum scientia praeditus sit, illico nobis assentietur, contendentibus, duo bacchios hic poetam posuisse atque ita scripsisse:

Ἰδού μ' ἀνταράσσει.

De forma *ἀνταράσσειν* confer *ἀντρέπειν*, qua forma Sophocles Ant. 1275. usus est, aliaque exempla similia, quae protulit Bähr. ad Herodot. VII, 18. p. 469. Contra minime in trimetro iambico ferri poterit *ἀννεώσασθαι*, quod Hermannus hac ipsa in fabula v. 396. scribendum putavit. Eius loci scriptura vulgata haec est:

ὡς ἐκ ταχείας σὺν χρόνῳ βραδεῖ μολὼν
ἄσσεις, πρὶν ἡμᾶς καὶ νεώσασθαι λόγους.

Ad quem locum Scholiasta haec adnotavit: *καὶ νεώσασθαι· ἀνακαινίσασθαι, καὶ αὖθις ὁμιλῆσαι ἀκριβῶς ἐκ νέας. ἢ οὕτω· πρὶν ἡμῖν καινοτέρους ἀνακοινώσασθαι λόγους.* Quibuscum si contenderis quae Eustathius p. 811, 20. ait: *ἐξ οὗ καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἀνανεώσασθαι λόγους, τὸ ἀνακινῆσαι, εἰπεῖν δὲ κυριώτερον ἀναπολῆσαι:* quamquam illud probari vides, Sophoclem hic *ἀνανεώσασθαι* scripsisse, tamen neque cum Brunckio *καί* copula delenda neque cum Hermanno *ἀνανεώσασθαι* in *ἀννεώσασθαι* contrahendum, sed *κἀνανεώσασθαι* scribendum videtur, ita ut *εω* pro una syllaba sit. Cuius generis exempla simillima ad Ai. 1090. attulimus.

De v. 225 sq.

Ὁρῶ, φίλαι γυναῖκες, οὐδέ μ' ὄμματος
φρουρὰ παρῆλθε, τόνδε μὴ λεύσσειν στόλον.

Nemo virorum doctorum, qui hac aetate Trachinias ediderunt, in his verbis, quae sic ut scripsimus in omnibus codicibus editionibusque scripta leguntur, aut haesit umquam aut quicquam adnotandum putavit. Nec tamen quicquam certius est, quam hoc, non potuisse Sophoclem *οὐδέ μ' ὄμματος φρουρὰ παρῆλθε* scribere. Ac primum quidem absurdum mihi quidem videtur, dicere, *ὄμματος φρουρὰ παρῆλθε*, oculi custodia praeteriit, ut significes, quod significandum necessario hic erat, oculum meum non praeteriit scilicet agmen mulierum captivarum. Nam ut dicere possis, *ὄμμα οὐ παρῆλθε*, oculus non praeteriit, hoc sensu, oculus non aberravit, quamquam dictum ita esse a Graecis nullo probari exemplo potest, tamen vix quisquam eo sensu pro simplici nomine *ὄμμα* posuerit *φρουρὰ ὄμματος*, siquidem oculus, cum dicitur attentus esse, sponte intelligitur advertere ea, quae sunt advertenda. Verumtamen haec elevare quodammodo posses, nisi additum post *οὐδέ* pronomen *μέ* esset. At eo addito *φρουρὰ ὄμματος* ineptissime dictum esse patet. Nam si quando

oculus praeterire sive aberrare ab aliqua re dicitur, illud certissimum est, rem illam, a qua aberrare oculus dicatur, non posse cum ipsum esse, cuius hominis oculus aberrare ab aliqua re monetur.

Haec cum editores sua sponte intelligere possent, mirari profecto subit, quid sit, quod vulgatam scripturam tenendam putarint, cum Musgravius iam, quid in eius locum substituendum esset, vidisset, qui quamvis duobus tantum verbis, tamen rectissime monuerit: „Malim *φρουράν*." Ea recepta correctione optime oratio procedit. Ut enim ad *ὁρῶ* intelligendus est accusativus *τόνδε τὸν στόλον*, ita subiectum membri illius, *οὐδέ μ' ὄμματος φρουρὰν παρῆλθε*, nominativus est *ὅδε ὁ στόλος*. Eum si posuisset poeta, cum ita deberet pergere, *ὥστε μὴ λεύσσειν αὐτόν*, maluit omisso pronomine nomen ipsum casu accusativo elatum verbo *λεύσσειν* apponere. De locutione autem *φρουρὰ ὄμματος*, quae item significat atque *φρουροῦν ὄμμα*, conferatur Philoct. 151. *μέλον πάλαι μέλημά μοι λέγεις, ἄναξ, φρουρεῖν ὄμμὰ ἐπὶ σῷ μάλιστα καιρῷ*. Denique quod duplicem accusativum attinet, ex verbo *παρῆλθεν* aptum, *μὲ* et *φρουρὰν ὄμματος*, satis est admonuisse de locutionibus illis notissimis, *ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων*, et *μέθες με χεῖρα*.

De v. 267.

Ὃς αὐτὸν ἐλθόντ' ἐς δόμους ἐφέστιον,
ξένον παλαιὸν ὄντα, πολλὰ μὲν λόγοις
ἐπεῤῥόθησε, πολλὰ δ' ἀτηρᾷ φρενί,
λέγων, χεροῖν μὲν ὡς ἄφυκτ' ἔχων βέλη
τῶν ὧν τέκνων λείποιτο πρὸς τόξον κρίσιν,
φωνεῖ δέ, δοῦλος ἀνδρὸς ὡς ἐλευθέρου
ῥαίοιτο· δείπνοις δ' ἡνίκ' ἦν ᾠνωμένος,
ἔῤῥιψεν ἐκτὸς αὐτόν.

Hic quoque vehementer mihi dissentiendum est ab editoribus, qui omnes verba v. 267., *φωνεῖ δέ, δοῦλος ἀνδρὸς ὡς ἐλευθέρου*, incorrupta esse iudicarint. Primum enim, qui diligentius haec legerit, hoc videat necesse est, verbum *φωνεῖ*

ab elegantia sermonis, qua Sophocles excellit, prorsus abhorrere. Lichas enim, qui haec dicit, postquam monuit, ab Euryto (ὅς) Herculem (αὐτόν) et verbis (λόγοις) et factis (ἀτηρᾷ φρενί) violatum esse, ad posterius illustrandum haec profert, δείπνοις ἡνίκ᾽ ἦν ᾠνωμένος, ἔῤῥιψεν ἐκτὸς αὐτόν, prius ut probet, duo haec obiecta ab Euryto Herculi esse ait, primum quod quamvis sagittas haberet inevitabiles tamen arte sagittandi filiis Euryti inferior esset, alterum hoc, quod indigno modo Eurystheo serviret. Atque apte poeta et duobus illis membris, quibus duo ista crimina commemorantur, λέγων participium praemisit, ex verbo finito ἐπεῤῥόθησεν aptum, et in initio membri prioris μέν particulam posuit, alterum ut membrum, quo alterum crimen explicaretur, secuturum esse indicaret.

Saepenumero cum ceteros omnes poetas Graecos et scriptores prosaicos, tum etiam Sophoclem inchoatam scripturam reliquisse, ne tirones quidem latet. Ita eundem non raro in μέν — δέ particularum collocatione legem grammaticam neglexisse, sat multis probari exemplis potest. Atque ea ipsa ego ad unum omnia collecta alio loco et tempore sub unum aspectum ponam, hoc ut evincam, numquam Sophoclem nisi gravissimis aptissimisque causis rhetoricis commotum a lege grammatica discessisse.

Hoc Trachiniarum loco si voluit poeta tenere structuram inchoatam, ita v. 267. pergendum erat, ut diceret, δοῦλος δέ etç. Verum videatur cuipiam etiam relicta structura inchoata ita pergere potuisse, ut diceret, λέγων δέ, δοῦλος etc. Quod ut fieri potuisse non praefracte negem, quamquam certum est, repetitum λέγων languidissimum futurum fuisse, tamen illa profecto inaudita est et intolerabilis forma loquendi, a stilo Sophocleo longe alienissima, quae codicum auctoritate adhuc in editionibus omnibus legitur, ut poeta praemisso verbo finito ἐπεῤῥόθησε additoque rursus participio λέγων verbis illis, ex ἐπεῤῥόθησε et λέγων aptis, praeposuisse rursus verbum finitum temporis praesentis φωνεῖ existimetur.

Deinde soloece dictum est ἀνδρὸς ἐλευθέρου ῥαίοιτο. Neque enim quisquam Graecorum scriptorum, quos classicos dixeris, umquam eam modi passivi vim esse voluit, ut casum

genitivum regeret; fallunturque, qui, si quando cum participio passivi coniunctum genitivum reppererunt, sic existimant, ex vi et natura passivi genitivum aptum esse. De qua re pluribus dixi ad Soph. Philoct. 3. ed. secundae.

Denique verba, δοῦλος ἀνδρὸς ὡς ἐλευθέρου ῥαίοιτο, propterea rursus magnae offensioni sunt, quod ad substantivum δοῦλος non addita est quae necessario requiritur ὡς particula comparativa, cum res ipsa ostendat, substantivum illud solius appositionis vice fungi hic non posse. Cave autem ne putes, quae posita est ὡς particulam eo sensu accipiendam esse. Nam etsi supra ad v. 66. vidimus, post verba dicendi nonnumquam ὡς vel ὅτι particulam omitti, tamen hic quidem certum est, quae praecesserint verba talia esse, quae coegerint auditores, ut in his de quibus agitur verbis si addita erat ὡς particula, eam eodem significatu positam putarent quo antea in verbis illis, χεροῖν μὲν ὡς etc., posita erat. Quam ob rem nihil lucraremur, si ἐξ pro ὡς scribendum coniiceremus.

Postremo summam iniuriam faceremus poetae praestantissimo, si fieri potuisse iudicaremus, ut sententiam adeo ineptam proferret, qualis est, quae verbis illis δοῦλος ἀνδρὸς ὡς ἐλευθέρου ῥαίοιτο continetur. De quibus verbis Hermannus in nota ad hunc locum scripta haec monuit: „Ceterum ἀνδρὸς ἐλευθέρου, ut iam Scholiasta vidit, non cum δοῦλος coniungendum, siquidem sponte intelligitur, servum liberi hominis esse servum, sed cum ῥαίοιτο: *quod servus ab Eurystheo, qui liber esset, frangi se pateretur.*" Scholiastae adnotatio, quem hic quoque corrupto codice usum videmus, haec est: λείπει ἡ ὑπό· ὡς ὑπὸ ἐλευθέρου ἀνδρὸς ὑβρίζοιτο· λέγει δὲ τὸν Εὐρυσθέα.

Non puto quemquam dissensurum ab Hermanno esse, negante, genitivum ἀνδρὸς ἐλευθέρου e nomine δοῦλος aptum esse, non quo servus non possit servus servi esse dici, id quod et accidere et dici posse facile appareat, sed quod hoc quidem loco acerbum illud crimen, quod obiectum esse Herculi necesse est, inepte in eo positum diceretur, quod is, cui serviret Hercules, homo liber esset. Itaque genitivus ille, ἀνδρὸς ἐλευθέρου, si aptus ex substantivo δοῦλος foret, in-

eptissimum additamentum esset. At id ipsum, quod inepte addi contendo, eum, cui Hercules serviat, hominem liberum esse, ipsa illa Hermanni interpretatione non minus quam ea explicatione, quam iure reprehendit Hermannus, significari manifestum est. Quod quidem ipse Hermannus vidisset, si ea tantum verba, quae nunc in codicibus scripta leguntur, explicasset, et non addidisset duo verba in interpretatione, quae non posita a Sophocle sunt, ab Eurystheo.

Haec quae iam exposuimus qui consideraverit accuratius, non poterit dubitare, quin et φωνεῖ et ὡς profecta sint ab interprete, indicaturo, quid ex praecedentibus assumendum esset ad intelligendum id membrum, quo secundum, quod Herculi obiectum erat, crimen explicatur. Iis glossis, quas librarios, id quod persaepe factum in hac fabula est, varias esse lectiones existimasse credibile est, genuina poetae verba expulsa sunt. Quae restituere reiectis interpretum additamentis ut plerumque perdifficile sit et lubricum, tamen hic quidem uti illud ex verbis iis, quae a Sophocle scripta esse patet, cognoscitur, nihil a poeta aliud nisi hoc dictum esse posse, Herculem non ut liberum hominem, sed ut servum pessum ire, ita hoc pro explorato haberi poterit, ita poetam scripsisse:

> ὡσεὶ δὲ δοῦλος ἀνδρὸς ἀντ' ἐλευθέρου
> ῥαίοιτο.

Conferatur Soph. Ai. 1020.:

> τέλος δ' ἀπωστὸς γῆς ἀποῤῥιφθήσομαι,
> δοῦλος λόγοισιν ἀντ' ἐλευθέρου φανείς.

Philoct. 995 sq.:

> οἴμοι τάλας, ἡμᾶς μὲν ὡς δούλους σαφῶς
> πατὴρ ἄρ' ἐξέφυσεν, οὐδ' ἐλευθέρους.

Porro Ai. 502.:

> ἴδετε τὴν ὁμευνέτιν
> Αἴαντος, ὃς μέγιστον ἴσχυσε στρατοῦ,
> οἵας λατρείας ἀνθ' ὅσου ζήλου τρέφει.

Adde de *ἀντί* praepositionis usu Oed. R. 1491.:

ποίας δ' ἑορτάς, ἔνθεν οὐ κεκλαυμέναι
πρὸς οἶκον ἵξεσθ' ἀντὶ τῆς θεωρίας;

De *ὡςεί* particula confer Soph. Ant. 653. *ἀλλὰ πτύσας ὡςεί τε δυςμενῆ μέθες τὴν παῖδ' ἐν Ἅιδου τήνδε νυμφεύσειν τινί.* et Electr. 234. *ἀλλ' οὖν εὐνοίᾳ γ' αὐδῶ, μάτηρ ὡςεί τις πιστά.*

Illud sua sponte quisque intelliget, ex nostra etiam emendatione labores illos indignissimos respici, quos Herculi imposuisse Eurystheum constat, ita ut ille non homo liber, qualis erat, sed servus Eurysthei esse videretur. Cfr. eiusdem fab. v. 35. *τοιοῦτος αἰὼν — ἀεὶ τὸν ἄνδρ' ἔπεμπε λατρεύοντά τῳ.*

De v. 323.

Οὐτἄρα τῷ γε πρόσθεν οὐδὲν ἐξ ἴσου
χρόνῳ διοίσει γλῶσσαν, ἥτις οὐδαμὰ
προὔφηνεν οὔτε μείζον' οὔτ' ἐλάσσονα.

Profert haec Lichas, cum Iole, interrogata a Deianira de genere suo, nihil respondisset. Quibus in verbis quis non statim animadvertat ab usu linguae graecae verbum *διοίσει* abhorrere? Pro quo cum lenissima mutatione id restituere editores deberent, quod loci sensui accommodatissimum est, nihil illi vitii suspicantes eas scripturae vulgatae interpretationes proposuerunt, quas vix probare quisquam possit. Ita ipse Hermannus postquam Scholiastae explicationem non satis veram commemoravit, haec adnotavit: „Omnino male *διοίσει γλῶσσαν* etiam alii *edet vocem* interpretantur. Conturbavit eos *οὐδέν* medium inter *τῷ γε πρόσθεν ἐξ ἴσου χρόνῳ* positum. Exspectabat Deianira, responsuram esse Iolam. At illa tacet. Id videns Lichas dicit: *οὐτἄρα οὐδὲν διοίσει γλῶσσαν ἐξ ἴσου τῷ πρόσθεν χρόνῳ: nihil ergo differet ab se ipsa loquendo* (i. e. semper eadem erit, constanter servando silentio) *aeque ut antea fecit.*“

At ut aliis hanc interpretationem probaret Hermannus, ante omnia demonstrare debebat, Graecos *οὐ διαφέρω γλῶσσαν* aut dixisse aut dicere potuisse ita, ut hoc significarent, *non differo a me ipse loquendo.*

Reliquorum interpretum alii locutionem compararunt diversissimam, *ψῆφον διαφέρειν*, recte a Schaefero ad Eurip. Orest. 49. ed. Pors. illustratam, alii verbo *διαφέρειν* significatum *edendi* adscripserunt, quo significatu nec dictum unquam id verbum est nec dici potuit. Sed hi tamen laudandi propterea videntur, quod, quid dici a poeta hic debuerit, perspexerunt. Scripsit autem Sophocles ita:

> *οὔτἄρα τῷ γε πρόσθεν οὐδὲν ἐξ ἴσου*
> *χρόνῳ διήσει γλῶσσαν.*

Verba hoc modo iungenda sunt: *οὔτοι ἄρα οὐδὲν ἐξ ἴσου τῷ γε πρόσθεν χρόνῳ γλῶσσαν διήσει*, *ut antea ita ne nunc quidem ullam vocem edet.* De insolentiore verborum collocatione confer exempla quae plurima attuli ad Oed. Col. 1223., de futuro *ἥσω* Ai. 630. *αἴλινον ἥσει.* et v. 851. *ἥσει μέγαν κωκυτόν*, de composito verbo *διϊέναι* Oed. Col. 963. *ὅςτις φόνους μοι καὶ γάμους καὶ ξυμφορὰς τοῦ σοῦ διῆκας στόματος.* Notissimae autem locutiones sunt *φωνήν, ὄπα, ἔπος, γλῶσσαν ἱέναι*, significantes *vocem emittere, edere.* Postremo notandum, ut hic *οὐδὲν διϊέναι γλῶσσαν* est *nullam edere vocem*, ita contrariam sententiam ab eodem poeta in Electr. v. 596. ita elatam esse, *ἢ πᾶσαν ἵης γλῶσσαν.*

De v. 331.

> *Ἠδ' οὖν ἐάσθω καὶ πορευέσθω στέγας*
> *οὕτως ὅπως ἥδιστα, μηδὲ πρὸς κακοῖς*
> *τοῖς οὖσι λύπην πρός γ' ἐμοῦ λύπην λάβοι·*
> *ἅλις γὰρ ἡ παροῦσα.*

Quod saepius iam monuimus frequenter factum a librariis in hac fabula esse, ut glossas pro genuinis poetae verbis reciperent, id ex nullo paene loco luculentius apparet quam ex

hoc, in quo manifestum sit, a poeta semel tantum substantivum λύπην positum esse. Ex quo sequitur, idem iterum positum esse a librariis, cum explicandi adiectivi causa, ad substantivum λύπην pertinentis, superscriptum esset. Incredibile autem illud videatur, si poeta scripsisset, quod in duobus recentioribus deterioribusque codicibus reperitur, τοῖς οὖσιν ἄλλην etc., quemquam interpretum, cum statim post sequatur substantivum λύπην, adeo stupidos lectores existimaturum fuisse, ut superscripto substantivo illo admonendos putaret, ἄλλην cum λύπην coniungendum esse. Itaque illorum codicum scriptura pariter atque eorum, in quibus λύπην — λύπης λάβοι legitur, quin orta a grammaticis sit, qui vitium vulgatae scripturae corrigendum putarent, dubitari nullo modo potest. Immo equidem sic statuo, debere poetam praegresso iam substantivo λύπην eiusmodi addidisse adiectivum, quod grammaticis illis, qui glossis interlinearibus saepe satis inutilibus et inficetis Trachinias hic illic illustrarunt, explicandum esse superscripto illo substantivo videri posset. Hinc suspicor, Sophoclem pro λύπην λάβοι scripsisse νέαν λάβοι. Quod si erat scriptum, quamquam hodie quidem nemo interpretum de significatu vocabuli νέαν admonendos lectores putarit, tamen qui vel ea, quae in scholiis in Trachinias scriptis monita sunt, diligentius adverterit, eo minus mirabitur, grammaticis illis notatu dignum visum esse, νέαν hoc loco non substantivum, sed adiectivum esse, ad λύπην referendum, si veterum lexicographorum eius vocabuli explicationes recordatus erit. Ita Hesychius: νέαν· νεωτέραν. ἢ τὴν νουμηνίαν. et νέα· νεώματα. καὶ χωρίον Λήμνου, ὅπου δοκεῖ Φιλοκτήτης δηχθῆναι.

Praeterea non puto Sophoclem nulla cogente necessitate bis hoc loco πρός praepositionem posuisse, sed persuasum potius habeo, harum quoque praepositionum alteram ab interprete superscriptam esse, poetae autem manum hanc fuisse:

μηδὲ πρὸς κακοῖς
τοῖς οὖσι λύπην ἐξ ἐμοῦ νέαν λάβοι.

Notum est, verbum λαμβάνειν vulgo cum πρός vel παρά praepositione coniungi, multo rarius cum ἐκ praepositione,

veluti apud Aeschyl. Suppl. 692. τὸ πᾶν τ' ἐκ δαιμόνων λάβοιεν. Unde adductus est grammaticus, ut πρός superscribendum putaret. Simillima glossa irrepsit in huius fabulae v. 1160., quam editores paene omnes adhuc tolerarunt. Narrat Hercules v. 1159 sqq.:

ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι,
πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο,
ἀλλ' ὅςτις Ἅιδου φθίμενος οἰκήτωρ πέλοι.

Quorum verborum sensum patet hunc esse, praedictum esse Herculi, fore, ut non a viventium quoquam, sed ab inferorum quopiam periret. Itaque cum omnium sit certissimum quod latine dixeris, a nemine viventium perii, graece numquam ita dictum esse, ὑπὸ οὐδενὸς πρὸς τῶν ζώντων ἔθανον, sed constantissime ita, ὑπό sive πρός sive ἐξ οὐδενὸς τῶν ζώντων ἔθανον, nisi qui Sophoclem non solum contra omnem Graecorum consuetudinem sed etiam incommode ne dicam inepte locutum esse sumserit, non poterit non assentiri Musgravio et Schaefero, qui ὑπό praepositionem ab interprete additam rectissime arbitrati Sophoclem ita scripsisse coniecerunt:

πρὸς τῶν πνεόντων μήδενὸς θανεῖν ποτέ.

Addo eadem in fabula ad v. 1133. αὐτὴ πρὸς αὐτῆς, οὐδενὸς πρὸς ἐκτόπου adnotatum in scholiis esse: ὑπ' ἄλλου ξένου.

De v. 335 sqq.

Αὐτοῦ γε πρῶτον βαιὸν ἀμμείνασ', ὅπως
μάθῃς ἄνευ τῶνδ', οὕςτινας ἄγεις ἔσω,
ὧν τ' οὐδὲν εἰςήκουσας, ἐκμάθῃς θ' ἃ δεῖ.

Verba haec nuntii sunt, Deianiram iubentis per breve tempus solam secum in scena remanere, ut dimisso Licha praecone mulierumque captivarum agmine de Iolae genere eam certiorem faciat. Adscripsi autem verba eo modo, quo scripta in antiquissimis optimisque codicibus leguntur. Quam scripturam qui diligentius consideraverit sensumque loci adverterit, statim persuadeat sibi necesse est, τὲ particulam errore satis proclivi,

cuius alia exempla infra afferemus, e versu 336. in versum sequentem delapsam esse, poetamque ita scripsisse:

οὕςτινάς τ' ἄγεις ἔσω,
ὧν τ' οὐδὲν εἰςήκουσας ἐκμάθῃς ἃ δεῖ.

Duo enim Deianirae absente Licha nuntius narraturus est, et quae sint mulieres captivae, quae in domum regiam mittuntur, et quae causa sit Oechaliae ab Hercule expugnatae. Ex quo apparet, τὲ particulam, ut aliena sit post ἐκμάθῃς posita, ita et sensu et metro postulante post οὕςτινας requiri.

Non possum autem ab hoc loco discedere, quin suspectam mihi esse moneam γὲ particulam, post αὐτοῦ vulgo additam. Quoties enim adverbio illo loci αὐτοῦ usus Sophocles est, numquam, quamvis sono prae ceteris distinguendum esset, γὲ particulam adiecit. Ea igitur particula quam aliena ab hoc loco est, tam apta et accommodata ei τὶ pronomen est, cum vocabulo βαιόν coniungendum, ita ut βαιόν τι eodem dictum modo putetur, quo πολύ τι et alia plurima eiusdem generis dicuntur. In pronomine autem praeposito nemo haerebit. Cfr. Matthiaei Gr. Gr. §. 487. 4. Accedit, quod saepe librariorum negligentia τὶ in γὲ mutatum est. Ita et in Soph. Electr. v. 1481. contra omnes codices τὶ pro γὲ sensu postulante scripsimus, et in Philoct. v. 1380. ed. secundae demonstravimus, non μήπω γε, quod in libris est, sed necessario μήπω τι scripsisse Sophoclem existimandum esse. Eadem medela adhibenda sine dubio erit Antig. v. 736., quem locum in editione etiam secunda, quae modo prodiit, intactum reliqui, quamvis illud minime me lateret, quod iam in editione prima professus eram, corruptam scripturam vulgatam esse. In eius autem locum quid substituendum videatur, nunc demum sine haesitatione exprimendum puto. Ibi Haemon cum recte fecisse Antigonam defendisset, quod contra regis edictum corpus Polynicis humasset, eademque in sententia esse totam civitatem monuisset, huiusmodi inter ipsum et Creontem regem orta altercatio est:

ΚΡ. πόλις γὰρ ἡμῖν ἁμὲ χρὴ τάσσειν ἐρεῖ;
ΑΙ. ὁρᾷς τόδ' ὡς εἴρηκας ὡς ἄγαν νέος;

ΚΡ. ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή γε τῆσδ' ἄρχειν χθονός;
ΑΙ. πόλις γὰρ οὐκ ἔσθ' ἥτις ἀνδρός ἐσθ' ἑνός.
ΚΡ. οὐ τοῦ κρατοῦντος ἡ πόλις νομίζεται;
ΑΙ. καλῶς ἐρήμης γ' ἂν σὺ γῆς ἄρχοις μόνος.

Horum versuum tertium nuper G. Dindorfius in editione Parisina auctore Dobraeo ita scripsit:

ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή με τῆσδ' ἄρχειν χθονός;

ad explicandum casum dativum allato hoc versu Sophoclis Ai. 1367.:

τῷ γάρ με μᾶλλον εἰκὸς ἢ 'μαυτῷ πονεῖν;

At ita a Sophocle scribi nullo pacto potuisse, si totius colloquii sensum nexumque considerasset, Dindorfius ipse facile perspexisset. Neque enim illud ibi aut quaeritur aut quaeri potest, in cuius usum vel utilitatem imperium Thebanum geratur, sed hoc unum agitur agique potest, quis civitatis Thebanae imperium teneat, Creone rex an populus. Itaque illud certissimum est, ἄλλῳ et ἐμοί pronomina ex verbo χρή apta esse debere. Alia quaestio est, liceatne credi, Sophoclem verbum illud cum casu dativo coniunxisse. Metro certe, ut id faceret, non adductum esse cum per se patet, tum inde elucet, quod non minus accommodatus casus accusativus metro erat:

ἄλλον γὰρ ἢ 'μὲ χρὴ . . τῆσδ' ἄρχειν χθονός.

Sed ego non video, cur id fecisse Sophoclem negemus, quod factum ab eo esse, et grammatici veteres diserte testantur et consentiens codicum scriptura probat, et aliorum Graecorum, qui eodem modo locuti sunt, exemplo confirmatur. Vide quae ad locum illum Antigonae adnotata a nobis sunt. Itaque mea quidem sententia nihil in eo loco offensioni esse potest nisi γὲ particula, quam si in τὶ mutaris scripserisque:

ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή τι τῆσδ' ἄρχειν χθονός; ✗

et lenissimam loco adhibueris medelam et sensui optime consulueris. Significat enim ἄλλον ἢ ἐμὲ χρή τι ἄρχειν, cum interrogatione elatum, num forte alium quam me regnare

✗ ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ τῆσδε χρὴ κρατεῖν χθονός;

oportet? Eodem modo τὶ positum Oed. R. 359. ed. nostrae secundae:

εἴπω τι δῆτα τἄλλ', ἵν' ὀργίζῃ πλέον,

Nos diceremus, *soll ich etwa sagen* etc. Ita πῶς τι nobis est *wie etwa*, εἴ τι *wenn etwa* et quae sunt eius generis alia plurima.

De v. 516 sqq.

Τότ' ἦν χερός, ἦν δὲ τόξων
πάταγος, ταυρείων τ' ἀνάμιγδα κεράτων·
ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι
κλίμακες, ἦν δὲ μετώπων ὀλόεντα
πλήγματα, καὶ στόνος ἀμφοῖν.

Paucis describitur hic certamen illud, quod Hercules olim et Achelous, summo in Deianiram amore incensi, pro nuptiis illius inierint. Quod certamen cuius generis fuerit, chorus ipse in iis, quae praecedunt, auditores iam admonuit, dicens v. 505. πάμπληκτα παγκόνιτά τ' ἐξῆλθον ἄεθλ' ἀγώνων. Quae verba quid significent, intellectu non est difficile. Quemadmodum enim ἀγῶνες πάμπληκτοι id genus certaminis significant, in quo plagas sibi infligant certantes, uno verbo pugilatum, ita παγκόνιτοι ἀγῶνες dici ea certamina patet, in quibus luctentur secum certantes, id est luctam. Constat enim κονίεσθαι dictos esse athletas, qui membra oleo uncta pulvere conspergere, ut apprehendi ab adversariis possent, atque luctari inter se solerent.

Itaque necesse est, ad pugilatum et luctam spectent, quae vss. 518 sqq., de quibus agitur, continentur. Ac prius quidem certaminis genus, pugilatum, nemo non videt significari his verbis, τότ' ἦν χερός, ἦν δὲ τόξων πάταγος, ταυρείων τ' ἀνάμιγδα κεράτων. Quae recte explanavit Scholiasta hoc modo: τότε οὖν ὁ Ἡρακλῆς καὶ χερσὶ καὶ τόξοις ἐμάχετο, ὁ δὲ Ἀχελῷος τοῖς κέρασιν.

Ad luctam pertinere quae sequuntur verba, ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι κλίμακες, et veteres Scholiastae viderunt et nostrae aetatis interpretes, ex quibus optime, ut videtur, Hermannus

sensum verborum illorum perspexit, hac proposita explicatione: „κλίμακες quid sint, Scholiasta his verbis declarat: κλίμακες δὲ αἱ ἐπαναβάσεις, παρὰ τὸ ἄνω τε καὶ κάτω αὐτοὺς στρέφεσθαι ἐν τῇ μάχῃ. ἔστι δὲ εἶδος παλαίσματος ἡ κλίμαξ. Hesychius: κλίμακες· πάλης εἶδος. Idem est κλιμακισμός, et verbum κλιμακίζειν, διακλιμακίζειν. Meminit etiam Pollux III, 155. Nemo tamen, quale hoc luctae genus esset, exposuit. Positum erat, nisi fallor, in eo, ut quis averteret adversarium, atque a tergo complexus, quasi per scalam, dorsum eius conscenderet. Apud Ovidium Achelous in descriptione huius ipsius cum Hercule certaminis, Metam. IX, 51.: *quarto exuit amplexus, adductaque brachia solvit; impulsumque manu (certum mihi vera fateri) protinus avertit, tergoque onerosus inhaesit. Si qua fides, (neque enim ficta mihi gloria voce quaeritur) imposito pressus mihi monte videbar.* Alia in hanc rem vide apud P. Fabrum Agonist. I. cap. 10. et 20. Diversum est ἐκ κλίμακος, de quo Etymol. M. p. 322, 31., quod non ad luctam, sed ad pugilatum pertinet.“

At illis, de quibus modo diximus, praegressis verbis quis ferat quae iam sequuntur, ἦν δὲ μετώπων ὀλόεντα πλήγματα? Primum enim μετώπων πλήγματα idem prorsus significant atque verba illa, quae modo posita sunt, πάταγος ἦν ταυρείων κεράτων. Atqui ita unum itemque bis dictum a Sophocle esse, nullo pacto credi potest. Deinde cum initio epodi, τότ' ἦν — κεράτων, pugilatum descripserit, tum vero a verbis ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι κλίμακες de lucta dicere coeperit, num quisquam, qui Sophocleum stilum norit, animum inducet, eum subito aliquid, quod ad pugilatum spectaret, inutiliter ineptequae additurum fuisse? Tertio qui vel mediocri metrorum scientia praeditus sit, prorsus ἄμετρον esse hunc versum intelliget:

κλίμακες, ἦν δὲ μετώπων ὀλόεντα,

nec dubitabit, quin huius ipsius versus idem fuisse metrum iudicandum sit, atque eius, qui sequitur:

πλήγματα, καὶ στόνος ἀμφοῖν.

oportet? „Eodem modo τὶ positum Oed. R. 359. ed. nostrae secundae:

εἴπω τι δῆτα τἄλλ', ἵν' ὀργίζῃ πλέον,

Nos diceremus, *soll ich etwa sagen* etc. Ita πῶς τι nobis est *wie etwa*, εἴ τι *wenn etwa* et quae sunt eius generis alia plurima.

De v. 516 sqq.

Τότ' ἦν χερός, ἦν δὲ τόξων
πάταγος, ταυρείων τ' ἀνάμιγδα κεράτων·
ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι
κλίμακες, ἦν δὲ μετώπων ὀλόεντα
πλήγματα, καὶ στόνος ἀμφοῖν.

Paucis describitur hic certamen illud, quod Hercules olim et Achelous, summo in Deianiram amore incensi, pro nuptiis illius inierint. Quod certamen cuius generis fuerit, chorus ipse in iis, quae praecedunt, auditores iam admonuit, dicens v. 505. πάμπληκτα παγκόνιτά τ' ἐξῆνον ἄεθλ' ἀγώνων. Quae verba quid significent, intellectu non est difficile. Quemadmodum enim ἀγῶνες πάμπληκτοι id genus certaminis significant, in quo plagas sibi infligant certantes, uno verbo pugilatum, ita παγκόνιτοι ἀγῶνες dici ea certamina patet, in quibus luctentur secum certantes, id est luctam. Constat enim κονίεσθαι dictos esse athletas, qui membra oleo uncta pulvere conspergere, ut apprehendi ab adversariis possent, atque luctari inter se solerent.

Itaque necesse est, ad pugilatum et luctam spectent, quae vss. 518 sqq., de quibus agitur, continentur. Ac prius quidem certaminis genus, pugilatum, nemo non videt significari his verbis, τότ' ἦν χερός, ἦν δὲ τόξων πάταγος, ταυρείων τ' ἀνάμιγδα κεράτων. Quae recte explanavit Scholiasta hoc modo: τότε οὖν ὁ Ἡρακλῆς καὶ χερσὶ καὶ τόξοις ἐμάχετο, ὁ δὲ Ἀχελῷος τοῖς κέρασιν.

Ad luctam pertinere quae sequuntur verba, ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι κλίμακες, et veteres Scholiastae viderunt et nostrae aetatis interpretes, ex quibus optime, ut videtur, Hermannus

sensum verborum illorum perspexit, hac proposita explicatione: „*κλίμακες* quid sint, Scholiasta his verbis declarat: *κλίμακες δὲ αἱ ἐπαναβάσεις, παρὰ τὸ ἄνω τε καὶ κάτω αὐτοὺς στρέφεσθαι ἐν τῇ μάχῃ. ἔστι δὲ εἶδος παλαίσματος ἡ κλίμαξ.* Hesychius: *κλίμακες· πάλης εἶδος.* Idem est *κλιμακισμός*, et verbum *κλιμακίζειν*, *διακλιμακίζειν*. Meminit etiam Pollux III, 155. Nemo tamen, quale hoc luctae genus esset, exposuit. Positum erat, nisi fallor, in eo, ut quis averteret adversarium, atque a tergo complexus, quasi per scalam, dorsum eius conscenderet. Apud Ovidium Achelous in descriptione huius ipsius cum Hercule certaminis, Metam. IX, 51.: *quarto exuit amplexus, adductaque brachia solvit; impulsumque manu (certum mihi vera fateri) protinus avertit, tergoque onerosus inhaesit. Si qua fides, (neque enim ficta mihi gloria voce quaeritur) imposito pressus mihi monte videbar.* Alia in hanc rem vide apud P. Fabrum Agonist. I. cap. 10. et 20. Diversum est *ἐκ κλίμακος*, de quo Etymol. M. p. 322, 31., quod non ad luctam, sed ad pugilatum pertinet."

At illis, de quibus modo diximus, praegressis verbis quis ferat quae iam sequuntur, *ἦν δὲ μετώπων ὀλόεντα πλήγματα*? Primum enim *μετώπων πλήγματα* idem prorsus significant atque verba illa, quae modo posita sunt, *πάταγος ἦν ταυρείων κεράτων*. Atqui ita unum itemque bis dictum a Sophocle esse, nullo pacto credi potest. Deinde cum initio epodi, *τότ' ἦν — κεράτων*, pugilatum descripserit, tum vero a verbis *ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι κλίμακες* de lucta dicere coeperit, num quisquam, qui Sophocleum stilum norit, animum inducet, eum subito aliquid, quod ad pugilatum spectaret, inutiliter inepteque additurum fuisse? Tertio qui vel mediocri metrorum scientia praeditus sit, prorsus *ἄμετρον* esse hunc versum intelliget:

κλίμακες, ἦν δὲ μετώπων ὀλόεντα,

nec dubitabit, quin huius ipsius versus idem fuisse metrum iudicandum sit, atque eius, qui sequitur:

πλήγματα, καὶ στόνος ἀμφοῖν.

Notissimum est enim, duo eiusdem metri versus poetas tragicos coniungere in epodis amasse. Ita statim coniuncti sunt hi versus:

ἁ δ' εὐῶπις ἁβρὰ
τηλαυγεῖ παρ' ὄχθῳ,

et uno interposito versu alius metri rursus hi:

ἐγὼ δὲ μάτηρ μὲν οἷα φράζω,
τὸ δ' ἀμφινείκητον ὄμμα νύμφας.

Postremo nullo cognitum est exemplo, umquam Sophoclem κεράτων producta syllaba secunda dixisse, etsi illud non ignoramus, Euripidem aliosque poetas dativi κέρατι et κέρασι syllabam secundam produxisse videri. Quae cum ita sint, mihi quidem ita scripsisse Sophoclem persuasum est:

τότ' ἦν χερός, ἦν δὲ τόξων
πάταγος, ταυρείων τ' ἀνάμιγδα μετώπων·
ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι
κλίμακες, ἦν δ' ὀλόεντα
πλίγματα, καὶ στόνος ἀμφοῖν.

Quae scriptura quemadmodum mutari in eam potuerit, quae est in codicibus, perfacile est ad intelligendum. Cum enim super vocabulo μετώπων explicationis causa substantivum κεράτων positum esset, et glossa recepta ab librariis est, id quod saepissime factum vidimus, neque omissum, quod explicatum erat, vocabulum est, cum in versum inferiorem detrusum ita esset, ut eius ipsius pars esse videretur. Eodem mendi genere corruptos olim esse Antigonae vss. 972—975., in Censura Aiac. ab Lobeck. iterum edit. p. 64 sqq. planum feci.

Nomen autem πλίγματα ut fere ubique per errorem in πλήγματα mutatum est (cfr. interpretes Hesych. T. II. p. 981 sq. ed. Alb.), ita sensui huius loci unice accommodatum est. Hesychius: πλίγμα· βῆμα. ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ παλαιόντων, ὅταν παραβάντες (leg. περιβάντες) τοῖς σκέλεσι κατέχωσιν (legendum cum Heinsio καταπρέχωσι videtur). Etymolog. M.: ἀμφιπλίξ· περιβάδην. πλίσσεσθαι γὰρ τὸ βάδην διαβαίνειν. καὶ πλίγμα τὸ διάστημα τῶν ποδῶν.

Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ· δράκοντε θαιρὸν ἀμφιπλὶξ εἰληφότε. Adde Aristoph. Schol. ad Acharn. 217.

De v. 573 sq.

Ἐκθνήσκων δ᾽ ὁ θὴρ
τοσοῦτον εἶπε· παῖ γέροντος Οἰνέως,
τοσόνδ᾽ ὀνήσει τῶν ἐμῶν, ἐὰν πίθῃ,
πορθμῶν, ὁθούνεχ᾽ ὑστάτην σ᾽ ἔπεμψ᾽ ἐγώ·
ἐὰν γὰρ ἀμφίθρεπτον αἷμα τῶν ἐμῶν
σφαγῶν ἐνέγκῃ χερσίν, ᾗ μελαγχόλους
ἔβαψεν ἰοὺς θρέμμα Λερναίας ὕδρας,
ἔσται φρενός σοι τοῦτο κηλητήριον
τῆς Ἡρακλείας, ὥστε μήτιν᾽ εἰσιδὼν
στέρξει γυναῖκα κεῖνος ἀντὶ σοῦ πλέον.

Nemo, quod sciam, editorum praeter Hermannum explicare sensum verborum, ᾗ μελαγχόλους — ὕδρας, conatus est. Is haec adnotavit: „Obscurius loquitur. Hoc vult: *si sanguinem sumpseris circa eam partem vulneris mei concretum, ubi sagittas, quarum una transfixus sum, hydra veneno suo tinxit.* Qua parte enim sagitta venenata erat, ea parte etiam vulneris cruor veneno infectus erat."

Quam interpretationem ut non vidi a quoquam recentiorum editorum probatam esse, ita certo scio Hermannum ipsum minime iam tuiturum esse. Nam ut cetera mittam, non obscure, sed inepte locutus esse Sophocles, poeta praestantissimus, iudicandus esset, si suadere Nessum Deianirae fecisset, ut ex ea parte vulneris sui ab Hercule inflicti sanguinem sumeret, in qua hydra Lernaea veneno suo sagittas Herculis tinxisset. Neque enim alio in loco sive alia in parte hydrae Lernaeae veneno sagittae Herculis tinctae esse dici poterant, quam in cuspide, scilicet sagittarum. Itaque illud quidem pro certissimo ponendum, mendo affecta verba esse, ᾗ — ὕδρας. Addo haec, et alienissimum ab hoc loco numerum pluralem esse, μελαγχόλους ἰούς, et verba θρέμμα Λερναίας ὕδρας per usum linguae graecae non licere aliter accipi quam ita,

ut significent virus hydrae Lernaeae. Non poterit enim ullo exemplo confirmari, quod quidam interpretum opinati sunt, *θρέμμα τινός* ita Graecos dixisse, ut idem significaret atque *τὶς*, eodemque modo hic *θρέμμα Λερναίας ὕδρας* ipsam hydram Lernaeam dici.

Quicumque diligenter quem supra descripsi locum perlegerit, hoc quidem videat necesse est, quae verba corrupta esse contendo, eorum hunc fere sensum fuisse necesse esse: quo (i. e. in quam partem vulneris mei) venenum penetravit sagittae Herculeae. Ex aliis enim huius fabulae locis satis intelligitur, iussam esse Deianiram a Nesso cruorem vulneris sui ab Hercule inflicti commixtum cum veneno sagittae Herculeae servare et pro amoris delenimento uti. Itaque manifestum est, lenissima facta mutatione ita hunc locum corrigendum esse:

> *ἐὰν γὰρ ἀμφίθρεπτον αἷμα τῶν ἐμῶν*
> *σφαγῶν ἐνέγκῃ χερσὶν, ᾗ μελαγχόλου*
> *ἔβαψεν ἰοῦ θρέμμα Λερναίας ὕδρας,*

hoc sensu: si cruorem sumpseris de vulnere meo, quo lividae sagittae venenum hydrae Lernaeae demersit, i. e. si cruorem sumpseris de ea parte vulneris mei, in quam venenatam sagittae cuspidem Hercules demersit.

De singulis verbis haec notanda sunt. *Τῶν ἐμῶν σφαγῶν* genitivus loci est, aptus ex verbo *ἐνέγκῃ*. Vide quae ad Philoct. 605. ed. sec. adnotavi. De *ᾗ* adverbio, quo sive in quam partem significante, cfr. Antig. 444. *σὺ μὲν κομίζοις ἂν σεαυτὸν ᾗ θέλεις.* et Oed. Col. 183. *ἕπεο μάν, ἕπε' ὧδ' ἀμαυρῷ κώλῳ, πάτερ, ᾗ σ' ἄγω.* Tum de usu verbi *βάπτειν* satis est pauca haec attulisse exempla, Aeschyl. Prom. 863. *δίθηκτον ἐν σφαγαῖσι βάψασα ξίφος.* Eurip. Phoen. 1571. *φάσγανον εἴσω σαρκὸς ἔβαψεν.* et Dion. Antiq. Rom. V, 15. *εἰς τὰς πλευρὰς βάψας τὴν αἰχμήν.* Postremo duplicis genitivi *μελαγχόλου ἰοῦ* et *Λερναίας ὕδρας* ex uno substantivo *θρέμμα* apti exempla alia si quaeras, adi Matthiaei Gr. Gr. §. 380. not.

De v. 627 sq.

Ἀλλ' οἶσθα μὲν δὴ καὶ τὰ τῆς ξένης ὁρῶν
προςδέγματ', αὐτὴν ὡς ἐδεξάμην φίλως.

Ita hunc locum inde a Brunckio editores omnes excepto Gaisfordio scribendum putarunt. Quam tamen scripturam valde incommodam esse, ut quivis sua sponte facile intelliget, ita recte admonuit Hermannus, qui haec ad hunc locum adnotavit: „Codex Harlei. *προςδέργματ'*, ad quam lectionem spectat, quod habent edd. Turnebum secutae, *αὐτήν θ' ὡς*. Ac sane non male ita legeretur, *ἀλλ' οἶσθα μὲν δὴ καὶ τὰ τῆς ξένης ὁρῶν προςδέργματ', αὐτήν θ' ὡς ἐδεξάμην φίλως*. Sed *αὐτὴν ὡς* sine copula Aldina et Iuntinae, *προςδέγματα* omnes. Scholiasta: *προςδέγματα· ὑποδοχάς. λέγει δέ, ὅτι οἶσθα, πῶς φιλοφρόνως αὐτὴν προςηκάμην· καὶ τοῦτο δὲ ἐπαγωγὸν πρὸς Ἡρακλέα, ἐξ γε τὴν ὑπονοουμένην φιλοφρόνως προςεδέξατο*. In hac lectione *αὐτήν* in principio positum aliquid offensionis habet, quae vox isto loco cum vi quadam pronuntianda est. Qua cum ad sententiam non opus sit, quoniam *καὶ τῆς ξένης* praecessit, exspectes potius, *ὥς νιν εἰςεδεξάμην φίλως*. Quodsi nihil turbatum est in huius loci scriptura, omnino *αὐτήν* voce erigi necesse est, ut sensus sit: *ac scis etiam hospitae exceptionem, ipsam*, i. e. vel hanc, *quam amice exceperim.*" Quae ratio non videtur probanda propterea, quod, cum Iole, de qua hic agitur, nulli alii mulierum opponatur, pronomen *αὐτήν*, ipsam significans, alienissimum est. Nihilominus ita collocatum id pronomen hic est, ut aliam significationem habere nequeat. Unde certum est, aliquid vitii hunc locum contraxisse. Quod cave ne sublatum putes recepta codicis Harleiani scriptura, *προςδέργματ'*, additaque post *αὐτήν*, quae in plerisque codicibus est, *τὲ* particula. Primum enim solius illius codicis nulla paene auctoritas est; deinde *προςδέργματα* vocabulum est neque aliunde cognitum et ab huius loci sensu satis alienum; denique maximae etiam tum

offensioni est *αὐτήν* pronomen, in initio novi membri positum, cum nulla eius vis esse possit.

Immo mihi quidem et lenissima et certissima mutatione hic locus restitui posse videtur. Cum enim librarii cohaerere ea verba, quae disiungenda erant, male statuerent, *καὶ τὰ τῆς ξένης ὁρῶν προςδέγματα,* ne quae sequuntur, *αὐτήν ὡς* etc., *ἀσυνθέτως* adiicerentur, satis inepte de suo *τὲ* particulam addiderunt. Sed hoc additamentum vix dubium est quin factum tum demum sit, cum quod ab interprete profectum est *φίλως* pro genuina scriptura iam receptum esset. Ita enim scripsisse Sophocles putandus est:

ἀλλ' οἶσθα μὲν δὴ καὶ τὰ τῆς ξένης, ὁρῶν,
προςδέγματ' αὐτὴν ὡς ἐδεξάμην φίλα.

Nihil nunc neque inutiliter additum neque non recte dictum. Sensus hic est: quin nosti etiam condicionem puellae peregrinae, qui videas, quam benevole eam exceperim. Dixerat enim modo Deianira v. 624 sq.:

στείχοις ἂν ἤδη. καὶ γὰρ ἐξεπίστασαι,
τά γ' ἐν δόμοισιν ὡς ἔχοντα τυγχάνει.

Ibi ut *τὰ ἐν δόμοις* dictum est de rerum domesticarum condicione, ita hic *τὰ τῆς ξένης* per se positum est, minime cohaerens cum substantivo quod sequitur *προςδέγματα*, significans Iolae condicionem. Deinde illud apparet, *φίλα προςδέγματα δέχεσθαί τινα* nihil esse nisi *φίλως προςδέχεσθαί τινα*, ita ut nemo miraturus sit, qui factum sit, ut pro *φίλα* scriberetur *φίλως*. Structurae autem illius, *προςδέγματα φίλα δέχεσθαί τινα*, usitatissimae satis est hoc unum exemplum attulisse ex Electr. v. 1034. *οὐδ' αὖ τοσοῦτον ἔχθος ἐχθαίρω σ' ἐγώ.*

De v. 653 sq.

Νῦν δ' Ἄρης οἰστρηθεὶς
ἐξέλυσ' ἐπίπονον ἁμέραν.

Quae praecedunt verba, eorum sententia haec est: quicumque circa Trachinem habitatis, scite mox Herculem

summa cum gloria victorem reversurum esse, postquam per totum annum peregre fuit, ita ut uxor de salute eius misere trepidaret. Ex quo sequitur, nullo modo scribi a Sophocle potuisse, quod est in libris, *νῦν δ' Ἄρης οἰστρηθεὶς*. Neque enim, finitum cum bellum esset, ex quo rediturus iam Hercules dicitur, Mars suscepisse furorem sive percitus furore (*οἰστρηθεὶς*) appellari potuit, praesertim cum id iam effecisse deus ille dicatur, *ἐξέλυσ'* etc., quod facere eum constat, non cum suscipiat furorem sed cum deponat. Ex editoribus unus Musgravius hoc intellexisse videtur, qui haec ad hunc locum adnotaverit: „H. Stephanus in Mss. inventum testatur *οἰστρωθεὶς*. Non ineptum foret: *νῦν δ' Ἄρης αὖ στρωθεὶς, at nunc iterum Mars compositus*.“ In qua coniectura optime se habere verbum *στρωθεὶς* de sedato Martis furore dictum, quis non statim sibi persuadeat? Simillime dixit Aeschylus Prom. 188. *τὴν δ' ἀτέραμνον στορέσας ὀργήν*. Contra illud facile concessi Hermanno, quocum nuper de hoc loco disputavi, *αὖ* particulam non modo inutilem hic esse, sed etiam loco non apto positam. Itaque praeferendum equidem putem, quod idem a poeta scriptum esse nunc coniecit, *καστρωθεὶς*, apte collatis formis similibus *καστορνῦσα* et *κάστρωμα*.

Quae sequuntur verba, *ἐξέλυσ' ἐπίπονον ἁμέραν*, quamquam per se spectata nihil est cur mendo affecta suspiceris, cum *ἐκλύειν ἐπίπονον ἁμέραν* recte dici potuerit ita, ut esset finire molestias adhuc exantlatas, similiter atque Oed. R. 35 sq. *δασμὸν σκληρᾶς ἀοιδοῦ ἐκλύειν* dictum est, tamen ut haec quoque corruptela laborare et primum quidem pro accusativo genitivum numeri pluralis, *ἐπιπόνων ἁμερᾶν*, id quod iam olim Hermannus apud Erfurdtium voluit, restituendum esse credam, tribus potissimum causis adducor. Primum enim genitivum legisse Scholiastam, ex hac eius interpretatione apparet, *ἐξέλυσεν ἡμᾶς τῆς ἀνίας, ἣν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας εἴχομεν*. De qua tamen interpretatione illud data opportunitate monendum puto, non tam *ἡμᾶς* intelligendum esse, quam potius *αὐτήν*, id est Deianiram, ut de qua potissimum in iis, quae praecedunt, agatur. Deinde etsi quae

nunc in antistropha posita sunt verba, ἐπὶ προφάσει θηρός, pro vulgata potius scriptura pugnare videntur, tamen mox apparebit, ipsum illud substantivum προφάσει loci sententiae prorsus adversari necessarioque ita mutandum esse, ut syllaba eius secunda longa existat. Quo facto qui sibi oppositi sunt versus sic tantum iisdem numeris decurrent, si in stropha ἐπιπόνων scripseris. Qua mutatione illud postremo assequimur, ut iam aptissimis numeris chori carmen finiatur, cum perquam incommoda ne dicam inaudita metra scripturae vulgatae sint.

Neque vero ἐξέλυσε scripsisse Sophoclem crediderim, quod si tueare, vix perficias, ut metrum versus antistrophici huic versui respondeat. Immo, quod postea pluribus adstruemus, requiri pro eo verbum duarum syllabarum videtur, quod pedem trochaeum effecerit. Quam ob rem vereor, ne hic quoque, quod in plurimis locis huius fabulae factum vidimus, genuinum vocabulum glossa expulsum sit. Ut autem glossam esse ἐξέλυσε suspicer, etiam eo adducor, quod in Scholiastae interpretatione huius loci, quam modo adscripsimus, id ipsum verbum usurpatum est, cum reliqua verba omnia non poetae, sed ipsius interpretis sint. Nec tamen illud adhuc divinando assequi potui, quo verbo poeta hic usus sit. Coniicerem ἤρκεσε vel εἶρξεν positum esse, si certo exemplo demonstrare possem, ea verba cum genitivo rei, quae dicatur depulsa, coniuncta a poetis tragicis esse.

De v. 655 sqq.

Ἀφίκοιτ', ἀφίκοιτο, μὴ σταίη
πολύκωπον ὄχημα ναὸς αὐτῷ,
πρὶν τάνδε ποτὶ πόλιν ἀνύσειε,
νασιῶτιν ἑστίαν ἀμείψας,
ἔνθα κλῄζεται θυτήρ.
ὅθεν μόλοι πανάμερος
τᾶς πειθοῦς παγχριστῷ
συγκραθεὶς ἐπὶ προφάσει θηρός.

Horum versuum tres extremi iisdem quibus usus sum syllabis in omnibus codicibus scripti reperiuntur. Ex quo qui con-

cludat, sana et integra haec verba existimanda esse, nae ille Sophocleam dictionem minime se nosse ostendat. Ut autem emendare nequeas, quae foede corrupta esse pateat, tamen praestabit profecto, ingenue de emendationis inopia confiteri, quam indignam facere poetae divino iniuriam, quam facere eos arbitror, qui vulgatam versuum illorum scripturam a Sophocle profectam putant.

Eorum in primo ut illud doceri facile potest, corruptum esse *πανάμερος*, ita, quid scriptum pro eo a poeta sit, non est difficile divinatu. Non male autem iam Musgravius ad eum versum haec adnotavit: „Derivari potest *πανάμερος* vel ab *ἥμερος*, *mitis*, vel ab *ἡμέρα*, *dies*. Si priorem etymologiam sequare, optabit chorus Herculem *mitem et cicurem* reverti; parum profecto apposite, qui neque antea ferus aut inhumanus fuerit. Contra si *πανάμερος* ab *ἡμέρα*, *dies*, deducas, omittetur, quod maxime Deianirae eiusque amicis optandum erat, ut Hercules desiderio ipsius ardens rediret. Vix igitur dubitem, quin vere Mudgius, vir clar., emendaverit *πανίμερος*.“

Quamquam non male haec scripta dixi, tamen, ut *πανάμερος* prorsus alienum a sensu huius loci esse evinceret, gravioribus argumentis et poterat et debebat uti. Ac certum quidem illud est, vulgarem eius vocabuli significatum minime huic loco convenire; neque enim, per totum diem ut adveniret Hercules, optari a choro potuit. Neque vero assentiendum Doederlino puto, qui (de brachylog. p. 11.) *ὅθεν μόλοι πανάμερος* ita, inquit, dictum est, ut *μόλοι* non ad *πανάμερος* referendum sit, sed ad suppressum participium *πλέων*; nam nemo Graecus, qui Hom. Od. XI, 11. legerat, *τῆς δὲ πανημερίης τέταθ' ἱστία ποντοπορούσης*, sic Sophoclis verba intellecturus erat, ut Hermannus intellexit: „*πάντως τῇδε τῇ ἡμέρᾳ*.“

At si quis Graecorum dicebat *μόλοι πανημέριος*, ex lege omnibus omnino linguis communi debebat hoc necessario ita accipi, ut *πανημέριος* non cum participio, quod non positum est, coniungendum, sed ad id verbum, quod solum adiectum est, id est ad *μόλοι* referendum crederetur. Addo hoc, quo-

quo modo explicaveris *πανημέριος*, perinutile molestumque additamentum fore, praegressis his verbis, *ἀφίκοιτο, ἀφίκοιτο, μὴ σταίη πολύκωπον ὄχημα ναὸς αὐτῷ, πρὶν τάνδε ποτὶ πόλιν ἀνύσειε, νασιῶτιν ἑστίαν ἀμείψας*. Id enim unum et optare animo et efferre verbis chorus commode potest, ut quam primum Hercules adveniat, recreaturus tristem Deianirae animum, diuturna eius absentia vehementer sollicitatum. Qui si, id quod cupere se chorus ait, ab Euboea profectus nulla interposita mora iter usque ad oppidum Trachinem continuabat, per se intelligebatur eodem, quo ex Euboea solvisset die, Trachinem perventurus esse.

Itaque cum id ipsum, quod solum hic significari adiectivo *πανημέριος* potuisse iam interpretes intellexerunt, re accuratius considerata ne aptum quidem loci sententiae sit, prorsus autem a vulgari eius vocabuli significatu abhorreat, quis tandem dubitabit, quin hic quoque liberariorum negligentia vera scriptura depravata sit? Item hoc mihi persuasum est, nihil excogitari posse, quod huic loco accommodatius sit, quam quod Mudgius restitui iussit, *πανίμερος*. Illud enim cum Deianira metueret, ne Iolae amore captus Hercules nullo sui desiderio teneretur, idque ipsum, antequam haec canere chorus coepit, Licham praeconem, ad Herculem rediturum, monuisset v. 630 sqq.:

τί δῆτ᾽ ἂν ἄλλο γ᾽ ἐννέποις; δέδοικα γάρ,
μὴ πρῳ λέγοις ἂν τὸν πόθον τὸν ἐξ ἐμοῦ,
πρὶν εἰδέναι τοὐκεῖθεν εἰ ποθούμεθα.

ante omnia chorum, qui summopere Deianirae faveret, id in votis habere convenit, ut summi plenus desiderii ad Deianiram Hercules reverteretur.

Venimus iam ad verba extrema carminis chorici, quae in omnibus codicibus sic scripta leguntur:

τᾶς πειθοῦς παγχρίστῳ
συγκραθεὶς ἐπὶ προφάσει θηρός.

Ex his quae sunt in fine posita, *ἐπὶ προφάσει*, optime rursus Musgravius intellexit, qui, *προφάσει*, inquit, a *προφαίνω* deducendum putem. Certissimum est enim, verba

ἐπὶ προφ. θηρός hoc fere sensu dicta esse debere, ex praedictione Centauri. Erravit tantum in eo Musgravius, quod πρόφασις substantivum esse posse verbi προφαίνω putavit, cuius verbi substantivum formari πρόφανσις debuisse, non est quod hodie pluribus demonstretur. Itaque, ut nuper etiam Dindorfius monuit, restituendum necessario προφανέντι est. De usu verbi προφαίνειν conferantur quae ipse ad Oed. Reg. 763. ed. sec. exposui. Addo hoc, ἐπὶ προφάσει si scriptum a poeta esset, non potuisse alio sensu poni quam hoc, sub praetextu. Neque enim umquam alio significatu a quoquam Graecorum usurpatum videtur. Id ipsum autem ab huius loci sententia abhorrere liquet.

Quae reliqua sunt verba, τᾶς πειθοῦς παγχρίστῳ συγκραθείς, eorum emendationem talem, quae mihi quidem certa videatur, quamquam proponere nondum licet, tamen hoc minime inutile duco non solum planum facere, corrupta ea necessario existimari debere, cum sana esse quibusdam editoribus visa sint, sed etiam illud explicare, quae potissimum vocabula a Sophocle scripta esse non possint, omninoque, quoad eius fieri possit, viam et rationem emendandi huius loci aliis monstrare. Praemitto illud, ne hic quidem quicquam auxilii peti e scholiis posse, utpote maximam partem scriptis ab iis hominibus, qui, ut cognitas habuerint antiquiorum Grammaticorum quasdam huius loci explicationes, tamen non integrioribus huius fabulae codicibus, quam qui nobis servati sunt, usi esse censendi sint. Id ut ipse videas, en scholia quemadmodum in codice Laurentiano scripta exstant:

Πανάμερος: ἀντὶ τοῦ τὴν σήμερον ἡμέραν ἔλθοι, τῷ πέπλῳ τῆς πειθοῦς θελχθείς, ἐκ προφάσεως τοῦ Νέσσου κατεσκευασμένῳ. *Πειθοῦς* δὲ πέπλῳ εἶπεν, ὅτι γέγονεν ἐπὶ τῷ μεταπείθειν καὶ μετατιθέναι τὴν Ἡρακλέους γνώμην ἐπὶ τὴν Δηϊάνειραν.

Πανάμερος: εὐμενὴς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἔλθοι εἰς ἔρωτα τῆς γυναικὸς διὰ τὸ τοῦ Νέσου φάρμακον.

Παγχρίστῳ: λείπει τὸ πέπλῳ. συγκεκραμένος καὶ ἁρμοσθεὶς τῇ πειθοῖ τοῦ θηρός.

Missis igitur his scholiis, ex quibus lucrari vix quicquam possimus, poetae tantum verba contemplemur. In iis cum adiectivum παγχρίστῳ propter significationem suam non possit cum vocabulo προφάνσει coniungi, sic primum existimare nos oportet, aut excidisse substantivum, ad quod recte adiectivum referri posset, aut corruptum esse παγχρίστῳ et in substantivum aliquod commutandum esse. Neque enim hoc quisquam animum inducet, παγχρίστῳ substantivi vice fungi posse, quod et regatur verbo συγκραθείς et ipsum genitivum τᾶς πειθοῦς regat, siquidem per leges linguae graecae fieri nequit, ut adiectivum, praesertim casu obliquo elatum, non addito articulo substantivi naturam induat casumque obliquum regat.

Porro is fuit verbi συγκεράννυσθαι significatus ususque, ut nomen rei, qua perfusus vel obrutus Hercules cogitandus esset, necessario addi casu dativo elatum deberet. Ignorare enim mihi eius verbi usum videntur, qui συγκραθείς cum Scholiasta ita dici potuisse credunt, ut idem atque θελχθείς esset.

Tertio articulum τᾶς nullo pacto a poeta substantivo πειθοῦς hoc quidem loco praeponi potuisse, concedet, quicumque cum ceterorum Graecorum tum Sophoclis loquendi consuetudinem norit huiusque loci sententiam perspexerit.

Postremo non congruere metrum versus antistrophici cum versu strophico apparet, siquidem cretico, qui positus est in versu strophico, ἐξέλυσ', non potuit molossus, συγκραθείς, in antistropha opponi. Item si cretici sunt, qui sequuntur pedes in versu strophico, ἐπιπόνων ἁμερᾶν, quales existimandi nunc sine dubio videntur, mea quidem sententia nullo modo in antistropha haec, ut responderent, verba poni poterant, ἐπὶ προφάνσει θηρός. Atqui adeo bene apteque dicta et haec verba et quae in stropha posita sunt ἐπιπόνων ἁμερᾶν apparet, ut nullam profecto corruptelae suspicionem moveant.

De his difficultatibus omnibus cum nuper familiariter cum Hermanno agerem, non solum id ille mihi concessit, pro corrupto hunc locum habendum esse, sed etiam egregiam eius emendandi aliquam viam aperuit. Verba enim τᾶς πειθοῦς non dubitandum esse monuit quin ab interprete profecta essent; quae cum male a librariis reciperentur, expulsum esse id vo-

cabulum, cuius explicandi causa superscripta essent. Ipsum autem illud vocabulum, quo poeta usus esset, non in penultimo versu, sed in initio ultimi versus antistrophici collocatum fuisse, oppositum verbo ἐξέλυσ', ita ut versui strophico:

νῦν δ' Ἄρης κάστρωθείς

haec in antistropha verba responderent:

παγχρίστῳ συγκραθείς.

Atque haec quidem, ut dixi, verissime monita ab Hermanno puto; cuius sententia egregie eo confirmari videtur, quod iam verbo καστρωθείς optime respondet participium simillimum συγκραθείς. At idem quod scriptum esse a poeta coniecit:

παγχρίστῳ συγκραθεὶς
θελγμάτων ἐπὶ προφάσει θηρός.

id cur probare non possim, cum iam ex iis, quae ante dixi, satis appareat, non opus est, ut plura opponam. Neque enim, ut hoc unum urgeam, umquam fieri posse credam, ut cum substantivo illo, quod ante θηρός positum est, sive προφάσει sive προφάνσει, adiectivum παγχρίστῳ coniungatur. Immo equidem vehementer vereor, ne mendosum adiectivum παγχρίστῳ sit. Quod si non corruptum putes, necessario, ut ante vidimus, substantivum aliquod, quocum coniunctum fuerit, excidisse statuendum erit. Atqui non poteris in hoc versu antistrophico quicquam addere, quin, ut metra congruant, simul omissum aliquid in versu strophico decernas. Strophici autem versus sententia ea est, ut nihil quicquam excidisse coniici liceat. Porro si tenes παγχρίστῳ, quod tandem aliud excidisse substantivum suspicari potes, quam ipsum illud, quo Scholiasta in explicatione huius loci utitur, nomen πέπλῳ? At hoc si optasset chorus, ut συγκραθεὶς πέπλῳ παγχρίστῳ reverteretur Hercules, id ipsum profecto fieri voluisset, quod postmodo factum esse vehementissime doluit, ut adhaerens corpori eius vestis a Deianira missa summum ei cruciatum interitumque pararet. Immo quicunque et usum verbi συγκεράννυσθαί τινι norit, et, quid chorus hoc loco dicere et potuerit et debuerit, consideraverit, facile sibi persuadebit,

verbo *συγκραθεὶς* apponi hic substantivum abstractae notionis debuisse, et quidem eiusmodi, quod amorem vel suadelam vel simile quid significaret. Cfr. Soph. Ant. 1311. *δειλαίᾳ συγκέκραμαι δύᾳ*. Aiac. 895. *Τέκμησσαν, οἴκτῳ τῷδε συγκεκραμένην*. Aristoph. Plut. 853. *οὕτω πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι*.

Denique etiamsi hic *συγκραθεὶς πέπλῳ* dici potuisset, quod nego ac pernego, tamen vel sic Sophoclem non puto adiectivum *παγχρίστῳ* additurum fuisse, ut quod hoc loco a choro elatum inutilissimum epitheton foret.

Quibus de causis ita iudico, pro *παγχρίστῳ* substantivum aliquod a poeta positum esse, ex quo aptum esset substantivum illud, casu genitivo elatum, quod glossa *τᾶς πειθοῦς* expulsum esse Hermannus vidit; duorum autem illorum substantivorum potestatem hanc fuisse, ut medicamen amoris sive vim veneni vel simpliciter philtra significaret. Pro nomine autem *τᾶς πειθοῦς* eiusmodi vocabulum restituendum videtur, quod et adducere interpretes facile potuerit, ut glossam illam adscriberent, et duarum syllabarum fuerit pedemque trochaeum exploverit, ita ut collocatum in initio versus ultimi una cum *ἐπὶ* praepositione creticum efficeret. Tum enim quae sequuntur verba, *προφάνσει θηρός*, dochmium efficiunt, cuius syllaba penultima recte longa potuit esse, quamvis brevis in eodem loco strophae posita esset. Conferatur, ut unum de multis afferam exemplis, Antig. 1308. 1330.

Illud vero videant alii, liceatne suspicari Sophoclem *ἴγγος* scripsisse, id ut esset pro *ἴυγγος*. Dativum certe *ἴγγι* pro *ἴυγγι* in usu fuisse, ex Hesychio videtur probari posse, apud quem quod inter *ἴγγα* et *ἴγδην* vulgo scriptum legitur, *ἴυγγι* etc., iam editores eius verissime monuerunt propter ordinem alphabeticum sic corrigendum esse: *ἴγγι τινί· ἐπιθυμίᾳ τινὶ ἑλκομένη*. Aptissimum autem vocabulum *ἴυγγος* huic loco esse, facillimeque eius illustrandi causa adscribi *τῆς πειθοῦς* potuisse, cum per se patet, tum imprimis ex his veterum Grammaticorum explicationibus vocabuli illius elucet: Bekkeri Anecdot. T. I. p. 265, 21. *ἴυγξ· σύριγξ μονοκάλαμος. καὶ ὄρνεον. ᾠδὴ καὶ πειθώ*. Scholiast. Pindari Nem. IV, 56. *ἴυγγι δ' ἕλκομαι ἦτορ· ἴυγξ εἶδος ὀρνέου*

ἐρωτικοῦ. πόθεν δὲ ἡ ἴυγξ; ἣν οἱ μέν φασιν Ἠχοῦς, οἱ δὲ Πειθοῦς γεγενῆσθαι θυγατέρα, ἥτις φαρμάσσουσα τὸν Δία εἰς τὸν τῆς Ἰοῦς πόθον κατὰ χόλον Ἥρας εἰς ὄρνεον μετεβλήθη, ᾧ κέχρηνται αἱ τὰ ἐρωτικὰ σκευάζουσαι γυναῖκες. ἐκ τούτου δὲ τὸ ὄρνεον ἴυγξ καλεῖται, ἴυγγι σὺν τῇ ἐπιθυμίᾳ φησίν. Scholiast. Theocriti II, 17.: Ἴυγξ· ὄρνεον Ἀφροδίτης, ὃ αἱ φαρμακίδες συνεργὸν ἔχουσι πρὸς τὰς μαγείας. λέγουσι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν ἔρωτα ἀπὸ τοῦ ἐνόντος ζώου ἴυγγα, ὥς φησι Πίνδαρος. — Ἄλλως. Ἴυγξ ἡ λεγομένη σεισοπυγίς· ἥν φασιν ἐν τῇ φύσει ἔχειν ἐρωτικήν τινα πειθώ. ἀφ' ἧς καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ εἰς φιλίαν κινοῦντα φάρμακα ἴυγγας λέγουσι, καὶ τὰ ἐπαγωγὰ ἄλλως καὶ χαρίεντα κατὰ μεταφοράν. Hesychius: ἴυγξ· φίλτρον. ἀπὸ ἴυγγος, τοῦ ὀρνέου. τὸ γὰρ ὄρνεον τοῦτό φασιν εἶναι ἐπιτήδειον εἰς τὰς μαγείας. — φασὶ δὲ καὶ Ἀφροδίτην αὐτῷ χρῆσθαι. ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ ὀρνέου καὶ τὰ κατασκευαζόμενα εἰς ἔρωτας ἴυγγας καλοῦσιν.

Verum ut minime ausim decernere, quid scriptum hic a Sophocle sit, tamen illud non dubito contendere, eorum, quae scripserit, verborum sententiam hanc fuisse: perfusus philtris ex praedictione Centauri.

De v. 672 sq.

Τοιοῦτον ἐκβέβηκεν, οἷον ἂν φράσω,
γυναῖκες, ὑμῖν θαῦμ' ἀνέλπιστον μαθεῖν.

Neminem hodie latet, verba *οἷον ἂν φράσω* hoc uno sensu dicta esse posse, quale dixero. Quod cum absurde dictum esse editores omnes intelligerent, aut mutanda interpunctione aut correctione adiuvandum hunc locum putarunt. Ita Schaeferus commate post *οἷον* posito *ἂν φράσω* interpretatus est, si dixero. At certum exploratumque est, numquam poetas Atticos *ἄν* pro *ἤν* vel *ἐάν* dixisse. Verum etiamsi dixissent, non potuit hoc quidem loco dici a Sophocle, siquidem, ut cetera mittam, interiectio illa, *ἢν φράσω*, si dixero, inutilis et inepta est, sequentibus verbis, *θαῦμ' ἀνέλπιστον μαθεῖν*. Itaque vitium vitio auxisse censendi sunt, qui Schaeferi vestigia

secuti ἦν pro ἂν scripserunt, contra quos illud etiam monendum est, nullo in loco fabularum Sophoclis ἦν a librariis male in ἂν mutatum esse. Immo Sophoclem sic scripsisse existimo:

τοιοῦτον ἐκβέβηκεν, οἷον ἂν φράσαι,
γυναῖκες, ὑμῖν θαῦμ' ἀνέλπιστον μαθεῖν.

Notum est, post *τοιοῦτον* saepe non *ὥςτε*, sed *οἷον* poni sequente infinitivo, ut Oed. Reg. 1296.:

θέαμα δ' εἰςόψει τάχα
τοιοῦτον, οἷον καὶ στυγοῦντ' ἐποικτίσαι.

Itaque ut *οἷον φράσαι* omissa *ἂν* particula idem fere esset atque *ὥςτε φράσω*, ita *οἷον ἂν φράσαι* etc. hoc fere sensu dictum esse apparet, *ὥςτε φράσαιμι ἂν ὑμῖν θαῦμα, ἀνέλπιστον μαθεῖν.* Non raro autem *ὥςτε*, quo sensu *οἷον* hic a Sophocle positum est, cum infinitivo addita *ἂν* particula coniungitur. Ita paullo ante Deianira v. 669 sq. dixit:

μάλιστά γ', ὥςτε μήποτ' ἂν προθυμίαν
ἄδηλον ἔργου τῳ παραινέσαι λαβεῖν.

Addo El. 755 sq. *ἔλυσαν αἱματηρόν, ὥςτε μηδένα γνῶναι φίλων ἰδόντ' ἂν ἄθλιον δέμας.* 1316. *ὥςτ', εἰ πατήρ μοι ζῶν ἵκοιτο, μηκέτ' ἂν τέρας νομίζειν αὐτό, πιστεύειν δ' ὁρᾶν.* Oed. R. 374 sq. *μιᾶς τρέφει πρὸς νυκτός, ὥςτε μήτ' ἐμέ, μήτ' ἄλλον, ὅςτις φῶς ὁρᾷ, βλάψαι ποτ' ἄν.* Thucyd. II, 49. *τὰ ἐντὸς οὕτως ἐκαίετο, ὥςτε — ἥδιστ' ἂν εἰς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν.*

Totius igitur loci Sophoclei sensus hic est: eiusmodi quid accidit, ut narraturam me putem vobis rem miram et incredibilem auditu. Id est, eiusmodi rem, quae accidit, narrabo vobis, quae mira et incredibilis videatur. De locutione *φράζειν τινὶ θαῦμα* confer eiusdem fab. v. 158. *ξυνθήματα φράσαι.* El. 1103 sq. *τίς οὖν ἂν ὑμῶν τοῖς ἔσω φράσειεν ἂν ἡμῶν ποθεινὴν κοινόπουν παρουσίαν.* ibid. 1265. *ἔφρασας ὑπερτέραν τᾶς πάρος ἔτι χάριτος.*

De v. 674 sqq.

Ὦ γὰρ τὸν ἐνδυτῆρα πέπλον ἀρτίως
ἔχριον, ἀργῆτ' οἰὸς εὐείρῳ πόκῳ,
τοῦτ' ἠφάνισται.

Pro dativo εὐείρῳ restituendum genitivum esse cum primus Valckenarius ad Eurip. Phoen. 994. p. 361. recte monuisset, plerique editorum recentiorum obtemperare auctoritati eius non dubitarunt, nisi quod non εὐείρου, sed εὐέρου, quae sola forma Atticis consueta erat (cfr. Lobeck. ad Phryn. p. 146.), scribendum putarunt. Non recte vero iidem cum ceteris editoribus scripturam vulgatam ἀργῆτι — πόκῳ intactam reliquerunt. Neque enim ullo, quod certum sit, exemplo probari potest, poetas Atticos iota illud dativi elisisse. Ex Sophoclis fabulis unus affertur afferrique potest locus, qui legitur Oed. Col. 1435 sq.:

σφῷν δ' εὖ διδοίη Ζεύς, τάδ' εἰ τελεῖτέ μοι
θανόντ'· ἐπεὶ οὔ με ζῶντά γ' αὖθις ἕξετον.

At cum τελεῖν hoc loco nihil significet nisi ποιεῖν vel ἐργάζεσθαι, quid tandem probabilius est quam scripsisse Sophoclem, τάδ' εἰ τελεῖτέ με θανόντ', ita ut θανόντ' pro accusativo habendum sit? Eam structuram verbi τελεῖν cum non concoquerent librarii, non mirum est, μοὶ pro μὲ ab iis scriptum esse. Sic περαίνειν τινά τι dictum Ai. 21 sq. est.

Neque vero Euripidem elisione ista usum esse, umquam probabitur solo illo, quod exstat, exemplo Alcest. 1118.:

καὶ δὴ προτείνω, Γόργον' ὡς καρατόμῳ.

Immo verissime, ut mihi videtur, nuper Lobeckius ad Aiac. 802. p. 354. ed. sec. eum locum sic corrigi voluit:

καὶ δὴ προτείνω, Γόργον' ὡς καρατομῶν.

id ut esset, capite averso, ut de Perseo narret Apollodorus II, 4, 2. ἀπεστραμμένος — ἐκαρατόμησεν αὐτήν.

Item in Sophoclis Trachiniis non fuisse scriptum quod in libris legitur, ἀργῆτι — πόκῳ, etiam inde apparet, quod,

si dativo illo usus esset poeta, minime iam pronomen, quod referendum ad substantivum illud est, genere neutro extulisset, sed pro τοῦτ' ἠφάνισται sine dubio ὅδ' ἠφάνισται scripsisset. Tum enim ᾧ cum verbis ἀργῆτι — πόκῳ ita iungendum esset, ut ex usu Graecorum (vide ad Philoct. 1299. ed. m.) idem diceretur atque ἀργὴς γὰρ πόκος, ᾧ ἔχριον etc. Hinc recte mihi coniicere videor, ita emendandam librorum scripturam esse:

ᾧ γὰρ τὸν ἐνδυτῆρα πέπλον ἀρτίως
ἔχριον, ἀργὴς οἰὸς εὐέρου πόκος,
τοῦτ' ἠφάνισται.

Nunc enim ᾧ generis neutrius est, cui optime quod deinde positum est τοῦτο convenit. Inter utrumque pronomen interiecta iam sunt et casu nominativo elata verba ἀργὴς — πόκος, quo maiore in luce, ut ita dicam, ponerentur. Confer Bernhardy Syntax. p. 68 sq. Simillime nos dicere possimus: *denn womit ich das Gewand eben bestrichen habe, eine weisse Flocke eines schönwolligen Schaafes, das ist verschwunden.*

De v. 714 sqq.

Τὸν γὰρ βαλόντ' ἄτρακτον οἶδα καὶ θεὸν
Χείρωνα πημήναντα, χὥσπερ ἂν θίγῃ,
φθείρει τὰ πάντα κνώδαλ'· ἐκ δὲ τοῦδ' ὅδε
σφαγῶν διελθὼν ἰὸς αἵματος μέλας
πῶς οὐκ ὀλεῖ καὶ τόνδε; δόξῃ γοῦν ἐμῇ.

Quae praecesserunt, eorum summa haec est: veretur Deianira, ne virus illud sanguineum, quo vestem Herculi missam inunxerit, non ad conciliandum sibi Herculem sed ad perdendum a Nesso Centauro acceperit, ideoque a semet ipsa ei pernicies parata sit. Cuius rei rationem probatura addit, quae modo descripsimus verba, quorum sensum hunc esse necesse est: Herculis enim sagitta, qua ictus Nessus est, cum adeo mortifera sit, ut deos pariter atque cuiusvis generis

animantes perimat, consentaneum est, ut venenum illud mortiferum, quo tinctae eius sagittae sunt, Nessi corpori inspersum ex eoque servatum Herculi etiam ipsi interitum afferat.

His praemissis non iam opus est, ut contra recentiorum quorundam editorum interpretationes dicam, quas falsas esse sua sponte iam lectores vera loci sententia perspecta intelligent. Iisdem facilius iam persuadebo, duobus in versibus huius loci necessario mutandam scripturam vulgatam esse. Ac primum quidem apparet, v. 715. καὶ ὥςπερ ἂν θίγῃ non esse graece dictum. Sublato soloecismo metri vitium intulerunt, qui cum Stephano ex duobus codicibus χὤσαπερ ἂν θίγῃ scripserunt. Verumtamen minus illi a vero aberrarunt. Nam qui et loci sensum consideraverit et Scholiastae adnotationem legerit, ad hunc locum scriptam: καὶ ὅσα ἂν θίγῃ τοῦ Ἡρακλείου βέλους, εἴτε ἄνθρωπος, εἴτε θηρίον, ἀπόλλυται: is non poterit dubitare, quin Sophocles χὤσαπερ θίγῃ scripserit, omissa ἂν particula, quam paene ubique omittere solet in membris relativis, quibus sententia generalis effertur. Sed addita nonnumquam a librariis est. Ita in Aiac. v. 812. οὐχ ἕδρας ἀκμὴ σώζειν θέλοντος ἀνέρ', ὃς σπεύδῃ θανεῖν, si optimos sequi codices vellemus, ὃς ἂν σπεύδῃ scribendum esset violato metro.

Deinde levissima mutatione removenda striboligo est, qua depravatus v. 717. est. Neque enim sagittae Herculeae venenum, quod vocabulo ἰός significari manifestum est, ex Nessi vulnere sublatum eiusque cruore permixtum, ullo pacto dici ἰὸς αἵματος potuit, siquidem ea nomina ubi coniunguntur, non veneni, sed sanguinis notio necessario primaria est. Atqui ea huius loci ratio est, ut certissimum sit, primariam veneni debere esse notionem. Omnino si quis hic apponendus erat substantivo ἰός genitivus, non poterat alius apponi quam genitivus eius nominis, quo sagitta significatur. Verum is satis hic inutilis erat. Itaque haec adhibenda huic loco medicina est, ut scribatur:

σφαγῶν διελθὼν ἰὸς αἵματοῦς μέλας.

Nunc id dicitur, quod solum dici hic potuit, venenum sagittae Herculeae, quod sublatum sit e vulnere Nessi, commixtum cruore eius, Herculi ipsi interitum allaturum esse. Forma autem contracta *αἱματοῦς* pro epica *αἱματόεις* Sophocles usus etiam est Oed. Reg. v. 1279.:

Apud Keith. πτεροῦντα pro πτερόεντα.

ἀλλ' ὁμοῦ μέλας
ὄμβρος χαλάζης αἱματοῦς ἐτέγγετο.

Quo ipso in loco ex verissima tantum Heathii coniectura *αἱματοῦς* restitutum est, cum in codicibus omnibus pessumdato metro *αἵματος* scriptum exstet. Adverte autem, eodem in loco eadem illa adiectiva *μέλας* et *αἱματοῦς* uni substantivo *ὄμβρος* apposita esse. Addo Philoct. v. 824 sq.:

μέλαινά τ' ἄκρου τις παρέῤῥωγεν ποδὸς
αἱμοῤῥαγὴς φλέψ.

Postremo simillime atque hic *ἰὸς αἱματοῦς* dictum Homerus Il. ρ, 297 sq. *ἐγκέφαλος αἱματόεις* dixit.

De v. 719 sq.

Καίτοι δέδοκται, κεῖνος εἰ σφαλήσεται,
ταύτῃ σὺν ὁρμῇ κἀμὲ συνθανεῖν ἅμα.

Pro *ὁρμῇ*, quod optimi plurimique libri praebent, in ceteris scriptum est *ὀργῇ*. Scholiasta haec adnotavit: *ταύτῃ σὺν ὀργῇ· τούτῳ τῷ τρόπῳ, τουτέστι διὰ τοῦ πέπλου.* Qui vix dubitari potest, quin *ταύτῃ σὺν ὀργῇ* non cum sequentibus verbis, sed cum praecedentibus coniunxerit. Inepte id factum esse, vel ex *σύν* praepositionis usu apparet. Deinde vero, sive *ὁρμῇ* ille sive *ὀργῇ* legit, certum est, neutrum substantivum eo quo voluit sensu poni potuisse. Hermannus, qui *ὁρμῇ* tenuit, hanc proposuit huius loci interpretationem: h o c c o n a t u m e q u o q u e, s i i l l e p e r d e t u r, m o r i c e r t u m e s t. At cum *ταύτῃ ὁρμῇ* necessario referendum sit ad verba *κεῖνος εἰ σφαλήσεται*, interitus autem Herculis, qui ipse verbis illis significatur, nullo modo c o n a t u s dici potuerit, continuo sequitur, interpretationem illam probari non

posse. Neque vero illis assentiendum est, qui *ὀργῇ* scriptum a Sophocle esse rati, verba *ταύτῃ σὺν ὀργῇ* ita explicarunt: ira propter Herculem, si ita accidat, peremtum concepta. Inepte enim Deianira iratam se propter Herculem peremtum morituram cum eo diceret. Accedit, id quod gravissimum est, quod isto sensu *ταύτῃ* pronomen addi nullo pacto potuit.

Haec qui consideraverit usumque substantivorum *ὁρμή* et *ὀργή* norit, facile sibi persuaserit, neutrum hic a poeta poni potuisse, corrigendumque sine dubitatione locum ita esse:

καίτοι δέδοκται, κεῖνος εἰ σφαλήσεται,
ταύτῃ σὺν ἀκμῇ κἀμὲ συνθανεῖν ἅμα.

Grammaticus apud Bekk. Anecdot. p. 365, 10. *ἀκμή· αὐτὴ ἡ ῥοπὴ τῆς τοῦ πράγματος ἐπιτάσεως.* Cfr. Eurip. Phoen. 1088. *ἦλθον δὲ πρὸς κίνδυνον Ἀργείου δορός; — ἀκμήν γ' ἐπ' αὐτήν.* Similiter idem Helen. 897. *ὃν μόλις ποτὲ λαβοῦσ' ἐπ' ἀκμῆς εἰμι κατθανόντ' ἰδεῖν.* ubi consulatur Pflugkius. Itaque *ταύτῃ σὺν ἀκμῇ* significat, cum hoc discrimine, i. e. eo ipso momento, quo Hercules peribit. Neque in *σύν* praepositione quicquam iam offensionis est, etiamsi substantivi *ἀκμῆς* significationem temporis potissimum urgendam statues. Sic supra v. 395. *ὡς ἐκ ταχείας σὺν χρόνῳ βραδεῖ μολὼν ἄσσεις.* Oed. Col. 1601. *τάσδ' ἐπιστολὰς πατρὶ ταχεῖ πόρευσαν σὺν χρόνῳ.*

Addo illud, si superscriptum esset substantivo *ἀκμῇ* ab interprete nomen *ῥοπῇ*, facillime inde, quod in libris legimus, vocabulum *ὁρμῇ* oriri potuisse. x

---

De v. 769 sqq.

Ἦλθε δ' ὀστέων
ἀδαγμὸς ἀντίσπαστος· εἶτα φοινίας
ἐχθρᾶς ἐχίδνης ἰὸς ὡς ἐδαίνυτο,
ἐνταῦθα δὴ 'βόησε τὸν δυςδαίμονα
Λίχαν, τὸν οὐδὲν αἴτιον τοῦ σοῦ κακοῦ,
ποίαις ἐνέγκοι τόνδε μηχαναῖς πέπλον.

x, Nescio an scribendum sit ταύτῃ σὺν ἀρκῇ (Aulo...). Cf. v. 859 = οὐ σμικρῶν κακῶν ἔρξειν et [illegible] ad eundem [illegible]

Ad horum versuum secundum haec adnotavit Hermannus: „Scholiasta: ὡς κατήσθιεν αὐτὸν ὁ ἰός. Errorem solus animadvertit Wakefieldius, qui recte vidit, Hyllum, qui haec dicit, nescire, hydrae Lernaeae veneno tinctam fuisse vestem, ipso poeta teste v. 934. Nisi quis volet contendere, oblitum sui esse poetam, et Hyllum fecisse quod res erat dicere, licet ille id ignorare debuerit. Igitur Wakefieldius, qui tamen verba ἦλθε δ' ὀστέων ἀδαγμὸς ἀντίσπαστος non debèbat in parenthesi dicta putare, ita scripsit, εἶτα, φοινίας ἐχθρᾶς ἐχίδνης ἰὸς ὥς, ἐδαίνυτο, ut ἐνταῦθα non apodosin, sed novam orationis partem incipiat. Ei non debebant Erfurdtius et Groddeckius obloqui. Ut Wakefieldius, ita ego quoque pridem correxeram, etsi Wakefieldium commata, quae ante φοινίας et ἐδαίνυτο posuit, locum non recte intellexisse arguunt. Nam sive ἀδαγμός, sive, ut ille videtur voluisse, χιτὼν dicitur δαίνυσθαι, neutrum satis apte dictum, et comparatio illa cum veneno echidnae parum scite adiecta erit. Immo, ut saepe fit in Graecorum tragoediis, per coniecturam inscius verum dicit Hyllus: deinde eam velut echidnae quoddam virus exedebat."

Idem totum locum ita interpungendum curavit:

ἦλθε δ' ὀστέων
ἀδαγμὸς ἀντίσπαστος, εἶτα φοινίας
ἐχθρᾶς ἐχίδνης ἰὸς ὥς ἐδαίνυτο.
ἐνταῦθα δὴ 'βόησε etc.

At primum hac facta interpunctione verbum ἐδαίνυτο prorsus subiecto, quod dicitur, caret. Nam ἰὸς ἐχίδνης ut ne esset pro subiecto, eam ipsam ob causam et interpunctionem vulgatam Hermannus mutavit et pro ὡς particula temporali ὥς particulam comparativam posuit. Itaque hoc unum iam maximo impedimento est, quominus sententiae eius accedi possit. Praeterea vero valde hiulca oratio esset, si verba ἐνταῦθα δὴ non apodosin, sed initium novi membri efficerent. Contra restituta vulgari interpunctione ut oratio procedit accommodatissime et elegantissime, ita in sententia nihil est, quod vere pugnare cum iis dici possit, quae v. 934. narrantur. Ibi enim hoc tantum dicit poeta, sero cognosse Hyllum, Deianiram

a Nesso deceptam et invitam Herculi interitum parasse. Veneno autem hydrae Lernaeae tinctam vestem, quam Herculi miserat, a Deianira fuisse, uti cognitum habebant ii, quibus haec narrantur, ita nihil prorsus causae est, cur nescivisse Hyllum statuamus, cum haec exponeret.

De v. 787 sq.

Ἀμφὶ δ' ἐκτύπουν πέτραι,
Λοκρῶν ὄρειοι πρῶνες Εὐβοίας τ' ἄκραι.

Ita haec in omnibus codicibus editionibusque scripta leguntur. Probatum autem iam plurimis exemplis est, quae infra sub unum aspectum ponemus, non raro accidisse, ut, quae ab interprete quodam in aliquo exemplari explicandi causa suprascripta verba essent, ea expulsis verbis genuinis in omnes, qui servati sunt, codices inferrentur. Itaque si qui loci huius fabulae aliquando aliter atque scripti in eius codicibus leguntur a vetere scriptore afferuntur, statim illa nascatur suspicio necesse est, nisi manifestum sit, memoria lapsum esse veterem scriptorem in afferendis verbis Sophoclis, quae in codicibus huius fabulae exstet scriptura, eam ab interprete potius quam a Sophocle profectam esse. Affert autem Diogenes Laertius X, 137. hos quos descripsimus versus ita:

ἀμφὶ δ' ἔστενον πέτραι,
Λοκρῶν τ' ὄρειοι πρῶνες Εὐβοίας τ' ἄκρα.

Ac primum quidem quis est quin videat, adeo poeticum hic vocabulum *στένειν* esse, ut, si quaeratur, utrum hoc an *κτυπεῖν* ab interprete positum sit, dubitari prorsus nequeat, quin *στένειν* genuinum sit. Diogenem autem Laertium qui de suo dedisse id verbum probare vult, ei ante omnia idoneis exemplis demonstrandum erit, hoc sibi indulsisse scriptorem illum, ut in afferendis locis poetarum antiquorum pro tenuioribus et simplicioribus vocabulis graviora et sonantiora substitueret. Ex usu autem poetarum tragicorum positum hic verbum *στένειν* esse, vel duobus his exemplis efficitur, Soph. Ant. 592. *στόνῳ βρέμουσι δ' ἀντιπλῆγες ἀκταί.* et Euripid. Herc. F. 816. *οὔτε πόντος οὕτω κύμασι στένων λάβρως.*

Item illud mihi certissimum videtur, *τὲ* particulam, a Diogene Laertio post nomen *Λοκρῶν* additam, in codicibus Sophoclis librariorum negligentia omissam esse. Nam cum poeta hoc versu explicare vellet, quod modo universe dixerat, utrimque (*ἀμφί*) montes, quibus Hercules cinctus fuisset, clamores eius querelasque reddidisse, ea orationis forma in commemorandis et Locridis et Euboeae promontoriis uti debebat, non ut alterum nomen alteri particula additiva adnecteretur ideoque pro potiore nomen prius haberetur, sed ut utrumque nomen pari, ut ita dicam, dignitate esset, quasi duae partes unius corporis, per se singulae spectandae. Ad quod significandum *τὲ* — *τὲ* particulis opus fuisse apparet.

Denique ne illud quidem ambiguum potest esse, utrum *ἄκραι*, quae scriptura in Sophoclis codicibus exstat, an *ἄκρα*, quod apud Diogenem legitur, a poeta profectum sit. Nam cum utraque forma substantivi in usu esset, et *ἄκραι* et *ἄκρα*, eo minus dubitari potest, quin generis neutrius forma Sophocles hic usus sit, cum incredibile sit, praeter ullam necessitatem eum duos continuos versus molestissime eadem forma terminaturum fuisse. Accedit, quod nihil mirum, librarios *ἄκραι* scripsisse, Homeri magis consuetudinem tenentes, apud quem sola forma *ἄκραι* reperitur, quam poetarum tragicorum usum, a quibus non minus frequenter altera forma usurpata est. Cfr. Eurip. Phoen. 234. *ὦ λάμπουσα πέτρα πυρὸς δικόρυφον σέλας ὑπὲρ ἄκρων Βακχείων Διονύσου.* et Eurip. Suppl. 729. *εἰς ἄκρα βῆναι κλιμάκων ἐνήλατα ζητῶν.*

De v. 807 sqq.

Τοιαῦτα, μῆτερ, πατρὶ βουλεύσασ' ἐμῷ
καὶ δρῶσ' ἐλήφθης, ὧν σε ποίνιμος Δίκη
τίσαιτ', Ἐρινύς τ'. εἰ θέμις δ', ἐπεύχομαι·
θέμις δ', ἐπεί μοι τὴν θέμιν σὺ προὔβαλες,
πάντων ἄριστον ἄνδρα τῶν ἐπὶ χθονὶ
κτείνασ' ὁποῖον ἄλλον οὐκ ὄψει ποτέ.

Sine ulla varietate scripturae ita ut a me exhibitus est in omnibus codicibus editionibusque hic locus legitur. Nihili enim

In loco Phoenissarum [illegible] quo [illegible] ἄκρ[illegible] genitivus esse [illegible] vocis ἄκραι.

Eur. Suppl. [illegible] cum [illegible] ἐνήλατα com[illegible] uti non oportuit.

est, quod in codice Veneto δέ particula, post θέμις posita, omittitur, pro qua quam Brunckius olim substituit γὲ particulam, eam ferri nullo pacto posse a recentioribus editoribus recte iam monitum est. Neque melioris notae scriptura Laurentiani primi est, in quo προὔλαβες pro προὔβαλες exstat. De qua varietate scripturae commemoratum etiam a Scholiasta est, qui ad v. 810. haec adnotavit: θέμις δ' ἐπεί μοι τὴν θέμιν: θέμις δέ ἐστιν ἡμᾶς καταρᾶσθαί σοι, ἐπεὶ σὺ προτέρα τὴν θέμιν ἀπέῤῥιψας καὶ παρεῖδες· ἐὰν δὲ προὔλαβες, ἀντὶ τοῦ φθάσασα τὴν θέμιν καὶ οὐκ ἐξεδέξω, ἕως τι κατὰ τὸ δίκαιον πράξῃς. In promtu est autem videre, hanc quoque adnotationem non ab antiquiore Grammatico, sed ab recentiore interprete scriptam esse, qui ne mediocri quidem linguae graecae scientia instructus erat exemplarique huius fabulae utebatur nihilo integriore quam codices illi sunt, qui ad nostram aetatem pervenerunt. Pro certo enim habendum est, neminem umquam Graecorum τὴν θέμιν τινὶ προβάλλειν ita aut dixisse aut dicere potuisse, ut significaret, quod Scholiasta vult, iustitiam abiicere, violare. Quod ut ipsi intelligerent editores, vel solo dativo σοὶ admoneri debebant. Neque vero Hermanno accedi posse videtur, qui cum ad προὔβαλες adnotaverit, respicere Hyllum v. 65 sq. σὲ πατρὸς οὕτω δαρὸν ἐξενωμένου τὸ μὴ πυθέσθαι ποῦ 'στιν, αἰσχύνην φέροι, ita videtur τὴν θέμιν τινὶ προβάλλειν accepisse, ut esset quasi alicui impietatem obiicere. Quo sensu ut paulisper concedam, quod vix concedendum est, dici illa verba aliquando potuisse, tamen hic quidem quominus dici potuisse censeamus, prorsus impedimento sunt verba sequentia, πάντων ἄριστον ἄνδρα τῶν ἐπὶ χθονὶ κτείνασα. Quibus ipsis cum explicetur sententia verborum illorum, hoc quidem manifestum est, non Hylli filii, sed Deianirae matris malum facinus verbis illis notatum esse debere.

Quae cum ita sint, non iam dubitari posse censeo, quin hic quoque locus librariorum negligentia vitium contraxerit, corruptumque vocabulum θέμιν sit, quod, qui proxime praecedentia vel obiter perlegerit, maximae esse offensioni concedat necesse est. Ortum autem θέμιν inde puto, quod librarii

oculi ad idem vocabulum in praecedente versu ante ἐπεύχομαι positum aberraverant. Scriptum vero a Sophocle ita esse iudico:

θέμις δ', ἐπεί μοι τὴν ἔριν σὺ προὔβαλες,

hoc sensu: fas autem, quoniam tu hanc discordiam provocasti. Quibus verbis hoc dicit Hyllus: fas autem est, me tibi illa imprecari, quoniam tu nostram necessitudinem violasti atque ut omnem adversus te pietatem abiicerem fecisti, patre meo, omnium mortalium praestantissimo, occiso. Nomen ἔρις proprium esse vocabulum in discordia, quae inter cognatos oriatur, satis notum est. Cfr. Euripid. Iph. T. 812. Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶσθα γενομένην ἔριν, Iphig. A. 377. δεινόν, κασιγνήτοισι γίγνεσθαι λόγους μάχας θ', ὅταν ποτ' ἐμπέσωσιν εἰς ἔριν. Med. 521. δεινή τις ὀργὴ καὶ δυσίατος πέλει, ὅταν φίλοι φίλοισι συμβάλωσ' ἔριν. Quo in extremo loco ut debebat συμβάλλειν ἔριν dici, quoniam de discordia agitur, quam excitare inter se necessarii incipiunt, ita hic recte προβάλλειν ἔριν dictum est, quoniam provocata discordia ab Deianira esse significatur. Cfr. Hom. Il. λ, 529. ἔνθα μάλιστα ἱππῆες πεζοί τε, κακὴν ἔριδα προβαλόντες, ἀλλήλους ὀλέκουσι.

Verum alio etiam vitio liberandus ille locus est, quem supra descripsi. Nemo enim Graecorum, minime omnium autem Sophocles verba illa, εἰ θέμις δ', ἐπεύχομαι, tam nude adiicere verbis praegressis potuit, ὧν σε ποίνιμος Δίκη τίσαιτ' Ἐρινύς τε, nihil ut dicam de δέ particula adversativa, quam alienissimam ab hoc loco esse verissime iam Brunckius aliique viderunt, falsi in eo, quod, quae non minus inepta est, γέ particulam in eius locum suffecerunt. Contra planissime procedet oratio styloque Sophocleo accommodatissime, si levissimam hanc mutationem admiseris:

τοιαῦτα, μῆτερ, πατρὶ βουλεύσασ' ἐμῷ
καὶ δρῶσ' ἐλήφθης, ὧν σε ποίνιμος Δίκη
τίσαιτ' Ἐρινύς τ', εἰ θεμιστ' ἐπεύχομαι·
θέμις δ', ἐπεί μοι τὴν ἔριν σὺ προὔβαλες,

πάντων ἄριστον ἄνδρα τῶν ἐπὶ χθονὶ
κτείνασ', ὁποῖον ἄλλον οὐκ ὄψει ποτέ.

Male autem viri quidam docti poetas tragicos negarunt forma θεμιστός usos esse. Contra quos verius nuper Hermannus ad Soph. Oed. R. 993. ed. tert., cum omnium codicum vestigiis insistens summo iure scripsisset,

ἢ ῥητόν; ἢ οὐ θεμιστὸν ἄλλον εἰδέναι;

haec adnotavit: „Aldus et codices omnes ἢ οὐ θεμιτόν. Brunckius ἢ οὐχὶ θεμιτὸν edidit, quod Porsono quoque placuit, non sine specie veri. Iohnsonus, Bothius, Elmsleius ἢ οὐ θεμιστόν, quod praelaturus erat Erfurdtius, si ea forma apud tragicos inveniretur. At certe αἵματος οὐ θεμιστοῦ et οὐ θεμιστῶς dixit Aeschylus. Vide Blomfieldium in gloss. ad Aesch. Spt. c. Theb. 691. Vulgarius est θεμιτόν, et fluctuat scriptura etiam apud Aeschylum. Raro θεμιστόν scriptum videas pro usitatiore θεμιτόν, ut apud Dionys. Hal. Antiq. R. IX, 13. Vol. III. p. 1773, 15. ubi θέμιτόν in cod. Vat. est."

Blomfieldius in gloss. ad Aesch. Spt. c. Theb. 691., ut hoc primum moneam, et ipse fluctuare videtur, quisquamne tragicorum praeter Aeschylum forma productiore θεμιστός usus sit. Mirum est autem, tantopere viros doctos ea in re aut fluctuare aut aberrare a vero potuisse, de qua recte iudicare non difficile videtur. Res enim, nisi vehementer fallor, haec est. Antiquissima aetate solam formam θεμιστός in usu fuisse ut statuamus, et origine adiectivi e verbo θεμίζω facti adducimur et nominibus cognatis, qualia sunt ἀθέμιστος, ἀθεμίστιος, ἀθεμιστία, ἀθεμιστοῦργος, porro θεμιστεῖος, θεμιστεύω, θεμιστευτός, θεμίστιος, θεμιστοῦχος, Θεμιστοκλῆς, et quae sunt alia plurima, quae abiecta σ littera numquam paene aut a poeta aut a prosaico scriptore usurpata reperias. Primum exemplum formae θεμιτός in hymno Hom. in Cer. v. 207. invenitur, πλήσασ'. ἡ δ' ἀνένευσ'. οὐ γὰρ θεμιτόν τοι, ἔφασκεν πίνειν οἶνον ἐρυθρόν. Apud Pindarum utraque forma et θεμιστός et θεμιτός exstat; prior fragm. 204. ed. Boeckh. θεμιστῶν ὕμνων μάντιες, posterior

Pyth. IX, 43. οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν. Ex quo facile apparet, res si per se spectetur, nullam excogitari causam posse, cur poetas tragicos negemus utraque forma prouti metrum suadebat uti potuisse, quamquam consentaneum est, sic existimare, formae θεμιστός in omni genere numerorum, contra alteri θεμιτός in carminibus lyricis tantum et anapaesticis locum concessum esse. Hoc quod ratio ipsa suadet, ut fecisse poetas illos indicemus, revera factum esse, statim apparebit. Atque Aeschylus quidem, ut ab eo initium faciam, in iis, quae relictae nobis sunt, tragoediis prorsus abstinuit forma θεμιτός, solumque θεμιστός usurpavit his duobus in locis, Spt. c. Theb. 694.:

ὠμοδακής σ᾽ ἄγαν ἵμερος ἐξοτρύ-
νει πικρόκαρπον ἀνδροκτασίαν τελεῖν
αἵματος οὐ θεμιστοῦ.

quibus versibus hi respondent:

τί μέμονας, τέκνον; μή τι σε θυμοπλη-
θὴς δορίμαργος ἄτα φερέτω· κακοῦ δ᾽
ἔκβαλ᾽ ἔρωτος ἀρχάν.

Itaque de veritate scripturae θεμιστοῦ neque hic ullo modo dubitari potest, neque Choeph. 645.:

τὸ πᾶν Διὸς
σέβας παρεκβάντες οὐ θεμίστως.

Quibus verbis opposita in antistropha haec sunt:

τίνει μύσος
χρόνῳ κλυτὴ βυσσόφρων Ἐρινύς.

Transeo ad Sophoclem, apud quem unum exstat exemplum formae θεμιτός, in versu anapaestico usurpatae, Oed. Col. 1757.:

ΑΝ. τύμβον θέλομεν προσιδεῖν αὐταὶ
πατρὸς ἡμετέρου. ΘΗ. ἀλλ᾽ οὐ θεμιτόν.

Itaque nihil est, quod huius loci scripturam in suspicionem vocemus, cum contra Oed. R. 993., quod ex coniectura vulgo positum est:

ἢ ῥητόν, ἢ οὐχὶ θεμιτὸν ἄλλον εἰδέναι;

eo magis offensioni esse debeat, quod rarissime Sophocles ac nonnisi summa urgente necessitate in trimetris iambicis pro trochaeo istiusmodi tribrachum ponit, cuius syllaba ultima accentum habeat. Quis igitur sibi persuadeat, poetam elegantissimum praeter ullam necessitatem hic et forma insolentiore et numeris asperioribus usum esse, praesertim cum codicum scriptura, ut supra vidimus, eiusmodi sit, ut id ipsum scriptum esse statuere cogamur, quod et consuetudini vulgari et numerorum elegantiae accommodatissimum sit:

ἦ ῥητόν, ἦ οὐ θεμιστὸν ἄλλον εἰδέναι;

Illo igitur in loco ut iam dubitari nequit, quin, quod res ipsa fert, usurpata forma θεμιστός sit, ita certissimum est, eadem forma Sophoclem Trach. v. 809. usum esse ac scripsisse, quod restituendum monuimus:

τίσαιτ' Ἐρινύς τ', εἰ θεμίστ' ἐπεύχομαι.

Nonnihil firmamenti huic scripturae accedit ex Hesychio, apud quem legimus: θεμιστά· ἔννομα, νόμιμα.

Qui porro γὲ particulae significatum usumque norit, facile mihi assentietur, contendenti, eandem illam formam θεμιστά expulsa γὲ particula his duobus in locis Sophoclis restituendam esse, Oed. Col. 644., ubi nunc scribitur:

εἴ μοι θέμις γ' ἦν. ἀλλ' ὁ χῶρος ἔσθ' ὅδε.

et Philoct. 812.:

ὡς οὐ θέμις γ' ἐμοὔστι σοῦ μολεῖν ἄτερ.

Neque enim in numero plurali θεμιστά haerendum, de quo satis est a me dictum ad Philoct. 488. ed. sec.

Apud Euripidem, ad quem progredior, in iis quidem, quae nunc circumferuntur, editionibus numquam θεμιστός, sed bis forma θεμιτός usurpata reperitur. Sed utroque in loco ut revocandum θεμιστός putem, non solum iis, quae paulo ante exposui quaeque Hermannus ad O. R. 993. observavit, sed etiam codicum scriptura adducor. Scribitur autem Phoeniss. 614 sq. in omnibus paene codicibus ita:

ΠΟ. ὦ πάτερ, κλύεις ἃ πάσχω; ΕΤ. καὶ γὰρ οἷα δρᾷς κλύει.
ΠΟ. καὶ σύ, μῆτερ; ΕΤ. οὐ θεμιτόν σοι μητρὸς ὀνομάζειν κάρα.

Quam scripturam cum metro adversari vidissent editores, magna cum audacia alii *οὐ θέμις σοι,* alii *οὔ σε θεμιτόν* posuerunt, quorum prius eo magis cavendum, ne probes, cum, quod maxime vulgare est, *οὐ θέμις σοι,* si scriptum ab Euripide fuisset, nemini librariorum in mentem venisset mutare in *οὐ θεμιτόν σοι.* Immo nihil probabilius, quam scripsisse Euripidem:

καὶ σύ, μῆτερ; — οὐ θεμιστὸν μητρὸς ὀνομάζειν κάρα.

Atque ipsum quidem pronomen illud *σοί*, quod ab interprete additum esse liquet, omissum est in Leidense secundo, codice optimo, et August. b. Illo autem in loco si concedis, *θεμιστόν* positum ab Euripide esse, multo minus dubitabis, quin pro eo, quod nunc Orest. 97. legimus:

σοὶ δ᾽ οὐχὶ θεμιτὸν πρὸς φίλων στείχειν τάφον;

rescribendum sit:

σοὶ δ᾽ οὐ θεμιστὸν πρὸς φίλων στείχειν τάφον;

praesertim cum in lemmate scholii, quod scriptum ad eum versum est, haec verba posita sint: *σοὶ δ᾽ οὐ θεμιτόν.*

De v. 821 — 862.

(στροφὴ ά.)

Ἴδ᾽, οἷον, ὦ παῖδες, προσέμιξεν ἄφαρ
τοὔπος τὸ θεοπρόπον ἡμῖν
τᾶς παλαιφάτου προνοίας,
ὅ τ᾽ ἔλακεν, ὁπότε τελεόμηνος ἐκφέροι
δωδέκατος ἄροτος, ἀναδοχὰν τελεῖν πόνων
τῷ Διὸς αὐτόπαιδι, καὶ τάδ᾽ ὀρθῶς
ἔμπεδα κατουρίζει.

πῶς γὰρ ἂν ὁ μὴ λεύσσων
ἔτι ποτ' ἔτ' ἐπίπονον ἔχοι θανὼν λατρείαν;

(ἀντιστρ. ά.)

εἰ γάρ σφε Κενταύρου φονίᾳ νεφέλᾳ
χρίει δολοποιὸς ἀνάγκα
πλευρὰ προστακέντος ἰοῦ,
ὃν τέκετο θάνατος, ἔτεκε δ' αἰόλος δράκων,
πῶς ὅδ' ἂν ἅλιον ἕτερον ἢ τανῦν ἴδοι,
δεινοτάτῳ μὲν ὕδρας προστετακὼς
φάσματι, μελαγχαίτα τ'
ἄμμιγά νιν αἰκίζει
Νέσσου θ' ὕπο φοίνια δολόμυθα κέντρ' ἐπιζέσαντα.

(στροφὴ β΄.)

ὧν ἅδ' ἁ τλάμων ἄοκνον
μεγάλαν προσορῶσα δόμοισι βλάβαν νέων
ἀϊσσόντων γάμων,
τὰ μὲν οὔτι προσέβαλε, τὰ δ' ἀπ' ἀλλόθρου
γνώμας μολόντ' ὀλεθρίαισι συναλλαγαῖς,
ἦ που ὀλοὰ στένει,
ἦ που ἀδινῶν χλωρὰν
τέγγει δακρύων ἄχναν.
ἁ δ' ἐρχομένα μοῖρα προφαίνει δολίαν
καὶ μεγάλαν ἄταν.

(ἀντιστρ. β΄.)

ἔῤῥωγεν παγὰ δακρύων·
κέχυται νόσος, ὢ πόποι, οἷον ἀναρσίων
οὔπω ἀγακλειτὸν
Ἡρακλέα ἐπέμολε πάθος οἰκτίσαι.
ἰὼ κελαινὰ λόγχα προμάχου δορός,
ἃ τότε θοάν νύμφαν
ἄγαγες ἀπ' αἰπεινᾶς
τάνδ' Οἰχαλίας αἰχμᾷ.
ἁ δ' ἀμφίπολος Κύπρις ἄναυδος φανερὰ
τῶνδ' ἐφάνη πράκτωρ.

Adscripsi hoc chori carmen, quemadmodum et in codicibus probatissimis et in plerisque editionibus recentissimis legi solet,

sublatis illis tantum librariorum peccatis, quae summo iure editores recentiores uno consensu tollenda putarunt. Ita cum Erfurdtio v. 833. metro iubente πλευρὰ pro πλευρᾷ, quod codices habent, v. 842. δόμοισι pro δόμοις, cum Hermanno v. 844. ἀλλόθρου pro ἀλλοθρόου, v. 845. ὀλεθρίαισι συναλλαγαῖς pro ὀλεθρίαις ξυναλλαγαῖς, v. 855. ἐπέμολε pro ἀπέμολε scripsi. Contra v. 835. ἄλιον, quamvis metro reclamante, reliqui, spreta, quam ex deterioribus codicibus recentiores editores omnes receperunt, scriptura ἀέλιον, quam et ipsam metro adversari pateat.

Nihilominus qui vel obiter hoc carmen perlegerit, facile intelliget, gravissimas etiamnunc residere corruptelas, quibus vehementer et sensus depravatus et metra violata sint. Ad quas tollendas noli putare multum auxilii ex scholiis peti posse, quae maximam partem recentiore aetate ab hominibus linguae graecae imperitissimis scripta esse luculenter evincas. Immo paucissimae adnotationes eiusmodi sunt, quas iure ex antiquioribus commentariis relictas esse statuas.

Itaque sola paene divinatione fieri potest, ut abiectis librariorum mendis poetae manum restituamus. Quod ita nunc facere conabimur, ut de iis etiam locis, quos non corruptos existimamus, si male vulgo explicati sunt, paucis dicamus. Eo referenda statim sunt verba strophae primae haec:

ὅ τ' ἔλακεν, ὁπότε τελεόμηνος ἐκφέροι
δωδέκατος ἄροτος, ἀναδοχὰν τελεῖν πόνων
τῷ Διὸς αὐτόπαιδι, καὶ τάδ' ὀρθῶς
ἔμπεδα κατουρίζει.

Quorum quae primo loco posita sunt, ὅ τ' ἔλακεν, non probandum puto, quod Hermannus, quem recentiores interpretes omnes secuti sunt, ita interpretatus est, ut verbi ἔλακεν subiectum esse nomen dei statueret, quod latere in vocabulo θεοπρόπον opinatus est. Nam ita totum membrum, ὅ τ' ἔλακεν, valde inutiliter additum esset, siquidem, quod iam eo significatur, quod oraculum deus edidit, satis superque indicatum est verbis praecedentibus, τοὔπος τὸ θεοπρόπον τᾶς παλαιφάτου προνοίας. Immo mihi non dubitandum videtur, quin ὅ τε non pro obiecto, quod dicitur, sed pro

subiecto sit; veri aquo ὅ τε ἔλακεν hoc significent, quod (sc. oraculum) edixit, fore, ut, nobis *des Inhaltes, dass*, addita propterea, quia orationem obliquam, quae sequitur, ἀναδοχὰν τελεῖν πόνων etc., non amant Graeci aptum facere ex substantivo. In locutione autem ipsa, ὁ χρησμὸς λέγει, nihil esse offensionis, cum ex aliis locis multis apparet tum ex Eurip. Bacch. 1331. χρησμὸς ὡς λέγει Διός. Addo, saepissime ab Herodoto ὁ χρησμός vel τὰ γράμματα λέγει τάδε ita dici, ut sit, oraculo, litteris hoc continetur.

Non minus porro interpretes recentiores in eo falsos esse iudico, quod verbum τελεῖν passive dictum putarunt, finitum iri interpretantes. At quamvis certum sit, τελεῖν a tragicis intransitive nonnunquam usurpatum esse, de quo usu ad Electr. 1397. ipsi lectorem admonuimus, tamen id sic tantum factum novi, ut aut ratum esse aut eventum habere significaret, quorum neutrum huic loco accommodatum esse apparet. Itaque non video, cur non, quod omnium simplicissimum est, orationis obliquae subiectum esse nomen ἄροτος statuamus, ita ut hoc dixisse poetam censeamus, ὅ ἔλεγεν, τὸν δωδέκατον ἐνιαυτόν, ὁπότε παρέλθοι, τελεῖν ἀναδοχὰν πόνων etc. Consuetum autem poetis esse constat, ut tempus id perficere dicant, quod tempore fieri dicendum erat. Ac probatur haec interpretatio quam maxime iis, quae sequuntur, verbis, καὶ τάδ' ὀρθῶς ἔμπεδα κατουρίζει, in quibus rursus interpretes κατουρίζειν intransitive dictum opinati sunt. At qui solus et constans eius verbi usus et est et esse debet transitivus, eo hic quoque positum esse intelliges, ubi concesseris, quod concedere non dubitabis, τάδε non nominativum locique subiectum, sed accusativum esse, subiectique loco ex praecedentibus nomen ἐνιαυτός adsumendum esse. Sensus igitur totius huius loci, ἴδ', οἷον, ὦ παῖδες, — κατουρίζει, ut paucis comprehendatur, hic est: evenit oraculum, olim Herculi editum, fore, ut exactis duodecim annis laborum finem consequeretur. Verum non licet ante relinquere hunc locum, quam de metrica, qua premitur, difficultate dixero, quae et potest facillime et debet tolli. Vulgo enim unum versum efficere existimata sunt haec verba:

τῷ Διὸς αὐτόπαιδι, καὶ τάδ' ὀρθῶς.

At huic sententiae refragatur versus antistrophicus:

δεινοτάτῳ μὲν ὕδρας προςτεταχώς.

In quo pro spondaeo ὕδρας necessario trochaeus poni debuit, si unum esse eum versum poeta voluisset. Quod cum non sit factum, neque aut in strophico aut in antistrophico versu quicquam sit, quod corruptelae suspicionem moveat, a vero non aberrabimus, contendentes, duo ex uno faciendos versus esse hoc modo:

τῷ Διὸς αὐτόπαιδι,
καὶ τάδ' ὀρθῶς.

et in antistropha:

δεινοτάτῳ μὲν ὕδρας
προςτεταχώς.

Utriusque versus satis est unum attulisse exemplum ex Sophoclis tragoediis, prioris hoc ex Oed. Col. 187.:

καὶ τὸ φίλον σέβεσθαι.

cui respondet v. 206.:

σοῦ πατρίδ' ἐκπυθοίμαν.

posterioris hoc ex Antig. 364.:

ξυμπέφρασται.

cui respondet v. 375.:

ὃς τάδ' ἔρδει.

Multo difficilius iure videatur, eos, qui sequuntur, versus probabiliter emendare, cum et antistrophicos, quibuscum congruere debent, graviter corruptos esse, et sensu et numeris admoneamur. Dico autem hos versus:

πῶς γὰρ ἂν ὁ μὴ λεύσσων
ἔτι ποτ' ἔτ' ἐπίπονον ἔχοι θανὼν λατρείαν;

quibus hi sunt in antistropha oppositi versus:

ἄμμιγά νιν αἰκίζει
Νέσσου θ' ὕπο φόνια δολόμυθα κέντρ' ἐπιζέσαντα.

Nihilominus facile speramus fieri posse, ut summa cum probabilitate utroque in loco poetae manum et restituamus et restituisse ab iis dicamur, qui diligenter secum reputaverint, primum quid dicere poetam debuisse totius loci ratio monstret, deinde cuiusmodi numeris eum usum esse conveniat, denique quo potissimum corruptelarum genere huius fabulae codices frequenter maculatos esse multis iam exemplis probatum sit.

Ac de strophicis versibus ut primum dicamus, egregie accidit, ut iis factis mutationibus, quas solius sensus causa facere cogimur, istiusmodi metra efficiantur, quibuscum optime et eorum, qui praecedunt, versuum numeri concinant et versuum antistrophicorum scriptura ea concordet, quam restitui sensus necessario postulat. Tria autem sunt in vulgata versuum strophicorum scriptura vocabula, quae maxime offensioni sint, et *λεύσσων* et *ἐπίπονον* et *θανών*. In locutione enim *ὁ μὴ λεύσσων* propterea haeremus necessario, quod verbum *λεύσσειν*, sicubi **vivere** significat, quo significatu positum hic esse patet, numquam nisi addito nomine **lucis**, veluti *αὐγάς*, *φῶς*, dici solet. Istiusmodi autem nomen ita iam restituere possumus, ut et librariorum negligentia facillime excidere potuisse videatur, et metro omni ex parte conveniat. Accedit, quod id ipsum nomen legisse antiquum interpretem, ex adnotatione eius iure colligas. Adnotatum enim est ad hunc versum: *πῶς γὰρ ἂν ὁ μὴ λεύσσων· πῶς γὰρ ὁ μηκέτι ὁρῶν τὸ φῶς παρ' Εὐρυσθεῖ λατρεύοι;* Itaque addendum nomen *φῶς* ponendumque metro iubente in initio versus secundi est; quo si positum a poeta erat, ut fuisse positum non dubito, facillime, supraposito in initio versus praecedenti sadverbio *πῶς*, librariorum incuria omitti potuit.

Porro valde incommodum sensui adiectivum *ἐπίπονον* est. Vidimus paulo ante, verbis, quae praecedunt, *ἴδ', οἷον*, — *κατουρίζει*, sententiam hanc contineri: **evenit oraculum, olim Herculi editum, fore, ut exactis duodecim annis laborum finem consequeretur.** Cuius sententiae rationem verbis continuo sequentibus, *πῶς γὰρ ἂν ὁ* etc., ita iam poeta reddit, ut, cur evenisse oraculum consecutusque Hercules laborum finem existimandus sit, explicare instituat. Quod cum facit, si recte loqui voluit, quod voluisse eum certum

est, non potuit ea uti forma dicendi, quam codices repraesentant, πῶς γὰρ ἂν ὁ μὴ λεύσσων φῶς ἔτι ποτ' ἔτ' ἐπίπονον ἔχοι θανὼν λατρείαν, id est, quomodo enim is, qui non iam in vivis est, laboriosam servitutem habeat? Non enim id agitur, laboriosamne iam servitutem Hercules an facilem habiturus sit, sed hoc necessario dicendum erat, nullam iam servitutem Herculem, utpote mortuum sive moriturum iamiam, serviturum esse. Id ipsum autem ut diceret, necessario scribere debebat, πῶς γὰρ ἂν — ἔτι ποτ' ἔτι πόνων ἔχοι θανὼν λατρείαν; Locutio enim πόνων λατρείαν ἔχειν nihil significat nisi πόνους λατρεύειν, sive τῷ Εὐρυσθεῖ λατρεύειν. Vide quae in Censura Aiac. ab Lobeck. iterum edit. p. 84 sq. exposui. Addo Oed. Col. v. 105.:

μόχθους λατρεύων τοὺς ὑπερτάτους βροτῶν.

Ita enim eo in loco scripsisse Sophoclem censendum esse, iam in nota critica ad eum locum edit. sec. monui. Adiectivum autem ἐπίπονον eo minus mirabere ab interprete substantivo πόνων suprascriptum esse, cum simillimam interpretationem in eadem forma dicendi adscriptam videamus Aiac. v. 888.:

ἐμέ γε τὸν μακρῶν ἀλάταν πόνων.

Ad quem versum a Scholiasta adnotatum est: τὸν ἐπιπόνως πλανηθέντα. In promptu est autem videre, ἀλᾶσθαι πόνους et λατρεύειν πόνους ad eandem pertinere formam dicendi, quam in Censura Aiac. ab Lob. edit. l. l. plurimis illustravi.

Tertium vocabulum, quod in his, de quibus agimus, versibus tolerari non posse supra monui, participium est θανών, quod, si quicquam certum, a poeta elegantissimo, praegressis verbis ὁ μὴ λεύσσων φῶς, non esse additum, quovis pignore posito contendi potest. Immo nisi qui male locutum esse poetam velit, concedat necesse est, explicationis causa θανών verbis ὁ μὴ λεύσσων φῶς adscriptum et a librariis textui illatum esse.

Sensu igitur postulante hactenus demonstravimus v. 828 sqq. hoc modo scriptos a Sophocle censendos esse:

πῶς γὰρ ἂν ὁ μὴ λεύσσων
φῶς ἔτι ποτ' ἔτι πόνων ἔχοι λατρείαν;

Simul illud apparet, quod metri genus restituimus, accommodatissimum reliquis huius carminis numeris esse. Eodem enim trimetro iambico catalectico, quo iam huius carminis stropha prima finitur, iisdem, qui hic praecedunt, versibus praegressis in eiusdem poetae Electra v. 160 sqq. systema concluditur hoc modo:

ὄλβιος, ὃν ἁ κλεινὰ
γᾶ ποτε Μυκηναίων
δέξεται εὐπατρίδαν Διὸς εὔφρονι
βήματι μολόντα τάνδε γᾶν Ὀρέσταν.

Proximum esset, ut ostenderemus, versus antistrophicos, *ἀμμιγά νιν αἰκίζει Νέσσου θ' ὕπο φοίνια δολόμυθα κέντρ' ἐπιζέσαντα*, ita et posse et debere sensu duce emendari, ut iisdem quibus strophici metris constent, nisi necesse esset, eas antea delere maculas, quibus qui praecedunt versus antistrophici librariorum culpa depravati sunt.

Atque illud quidem vix opus est, ut praemittam, tota antistropha prima id unum a choro explicari, cur Herculi eo ipso die, quo haec loquitur, pereundum esse existimet. Neque hoc dubium aut est aut esse potest, quin, quae in initio eius antistrophae verba posita sunt, *εἰ γάρ σφε — ἰοῦ*, utut de significatu singulorum vocabulorum statuetur, summa tamen eorum haec sit: nam si latera Herculis virus mortiferum hydrae Nessi cruore mixtum pungit. Cfr. v. 573 sq. Quamquam vis veneni mortifera indicata est v. 834. demum:

ὃν τέκετο θάνατος, ἔτεκε δ' αἰόλος δράκων.

Quo in versu nolo id pluribus probare, quod satis est a Lobeckio ad Aiac. v. 706. cum in prima editione, tum maxime in secunda p. 327 sq. demonstratum, necessario pro *ἔτεκε* scribendum esse *ἔτρεφε*. Cui sententiae nunc etiam Hermannus, qui olim contradixerat, accedendum putavit. Ita iam optima efficitur sententia haec: quod (virus) mors genuit, hydra gestavit. Dicuntur enim ea ipsa, quae mortem mortalibus afferunt, saepenumero a poetis nunc ab Orco nunc a Morte nunc a Furiis aut genita aut fabricata. Vide quae ad Aiac. 1007 sq. adnotavimus. Illud autem si quaeras, unde

factum sit, ut pro ἔτρεφε a librariis ἔτεκε scriberetur, facilis responsio est, verbum ἔτεκε cum glossae loco verbo τέκετο suprascriptum esset, a librariis pro varia lectione habitum et expulsa genuina voce ἔτρεφε receptum esse.

Qui sequitur trimeter iambicus:

πῶς ὅδ' ἂν ἅλιον ἕτερον ἢ τανῦν ἴδοι,

in eo metro adversari nomen ἅλιον apparet. Pro quo qui ex codicibus deterioribus ἀέλιον rescripserunt, vehementer falsi sunt, cum expulisse se vitium metricum existimarunt. Neque enim aut corrèpta umquam a Sophocle prima syllaba vocabuli ἀέλιος est, qui ter ea forma usus est Ant. 100. 809. Oed. Col. 1245., aut omnino corripi potuisse censenda est. In eadem mecum sententia Hermannus nunc est, qui per litteras verissime, ut puto, me monuit, scripsisse potius Sophoclem:

πῶς ὅδ' ἂν ἔτι φάος ἕτερον ἢ τανῦν ἴδοι.

Accedimus iam ad corruptissimam partem antistrophae primae, quam ita videmus in omnibus codicibus scribi:

δεινοτάτῳ μὲν ὕδρας προςτετακὼς
φάσματι, μελαγχαίτα τ'
ἄμμιγά νιν αἰκίζει
Νέσσου θ' ὕπο φοίνια δολόμυθα κέντρ' ἐπιζέσαντα.

In his illud primum permirum est, neminem interpretum praeter Wakefieldium in vocabulo φάσματι haesisse. Qui cum, quod sensui quidem satis aptum foret, στάγματι scribendum coniecisset, nihil tamen mutandum videri adiecit, quod ὕδρας φάσμα poetica locutio esse posset, hydram ipsam significans. In qua interpretatione qui insecuti sunt editores omnes acquieverunt, collato huius fab. v. 506. ὁ μὲν ἦν ποταμοῦ σθένος, ὑψίκερω τετραόρου φάσμα ταύρου. At quamvis illud negari nequeat, pro nudo nomine ὕδρας iure a poeta φάσμα ὕδρας poni posse, quemadmodum δέμας Ἠλέκτρας aliaque similia permulta dicuntur simili sensu, tamen illud certissimum est, hoc quidem loco neque illo sensu φάσμα ὕδρας neque alio ullo scribi potuisse, quod summam poetae divino faceremus iniuriam, si statueremus, quod statuendum necessa-

rio esset nobis scripturam istam tuentibus, Herculem eum dixisse adhaerere ipsi hydrae pro eo, quod dicere debuit, adhaerere eum veneno hydrae sive vesti veneno hydrae tinctae. Tantam autem perversitatem locutionis cum Sophocli imputare nefas sit, eo minus quisquam in posterum sanam esse codicum scripturam arbitrabitur, cum corruptam eam esse hic quidem etiam ex scholiis, quamvis et ipsis corruptis, luculenter demonstrari possit. Scriptum autem in scholiis ad hunc locum hoc est:

Προςτετακὼς φάσματι· προςκεκολλημένος τῷ ἰῷ τῆς ὕδρας. τοῦτο δὲ καθ' ἑαυτό· αἰτιατικὴν γὰρ ἐπιφέρει. Ἄλλως. προςκεκολλημένος τῷ ἰῷ, ἢ τῷ ὀλεθρίῳ παρὰ τὸ πεφονεῦσθαι. Φάσματι· τουτέστι τῷ ἱματίῳ τῷ κεχρισμένῳ τῷ φαρμάκῳ τῆς ὕδρας, τουτέστι τῇ χολῇ.

Huius adnotationis particulam secundam recte iam Hermannus olim sic esse emendandam vidit: *προςκεκολλημένος τῷ ἰῷ, ἢ τῷ ὀλέθρῳ, παρὰ τὸ πεφάσθαι, τὸ πεφονεῦσθαι.* Idem maximo iure assensus est Schneidero, qui in Lexico Gr. sub voc. *φάσμα* verissime monuit, tertiae particulae non *φάσματι*, sed necessario nomen *ὑφάσματι* lemmatis loco praepositum fuisse. Totum igitur scholium, quoniam multum refert ut emendatum ante oculos habeas, olim ita se habuit:

Προςτετακὼς φάσματι· προςκεκολλημένος τῷ ἰῷ τῆς ὕδρας. τοῦτο δὲ καθ' ἑαυτό· αἰτιατικὴν γὰρ ἐπιφέρει. — Ἄλλως. προςκεκολλημένος τῷ ἰῷ, ἢ τῷ ὀλέθρῳ, παρὰ τὸ πεφάσθαι, τὸ πεφονεῦσθαι. — Ὑφάσματι· τουτέστι τῷ ἱματίῳ τῷ κεχρισμένῳ τῷ φαρμάκῳ τῆς ὕδρας, τουτέστι τῇ χολῇ.

Manifestum iam est, in eo exemplari huius fabulae, quo usus interpres is est, cuius adnotationi lemmatis loco *ὑφάσματι* praepositum est, ipsum illud vocabulum *ὑφάσματι* pro vulgato *φάσματι* scriptum esse debere. Itaque *ὑφάσματι* pro varia scriptura habendum, et quidem tali, cuius diligentissime ratio habenda sit. Neque enim credibile est, errore scribendi ortum id vocabulum esse. Nihilominus cum neque sensui neque metro ullo modo conveniat, nihil iam reliquum est, nisi ut glossa existimetur, quae genuino vocabulo superimposita fuerit. Itaque persuasum mihi est, Sophoclem *νάματι* scripsisse. Quam

vocem cum interpres formam doricam esse vocabuli νήματι temere credidisset, non potuit quin ὑφάσματι explicandi causa superscriberet. Ita Hesychius: νῆμα· ὕδωρ, ὕφασμα. Quodsi vero Hesychius, vir doctissimus, erravit in explicando nomine νῆμα, ita ut ei significatum vocabuli νᾶμα etiam attribueret, quid mirum, huius fabulae interpretem, hominem doctrina longe inferiorem, simillime in explanando vocabulo νᾶμα falsum esse?

Itaque non φάσματι, sed νάματι scriptum a Sophocle esse credo, quod vocabulum aptissimum esse huius loci sensui sponte apparet. Notum autem, saepe id a tragicis omnibus usurpatum esse. Genuina illa scriptura expulsa est glossa ὑφάσματι, quam consentaneum est iam in eo codice inter verba Sophoclis locum tenuisse, quo usus interpres ille est, qui tertiam scholii, quod adscripsimus, particulam confecit. Ex ea glossa postmodo orta demum vulgata codicum scriptura, φάσματι, existimanda est. Ut enim in scholio illo vidimus librariorum negligentia ὑφάσματι mutatum in φάσματι esse, ita ὑφάσματι in textu cum positum esset, quo magis adversari metro appareret, eo facilius corrumpi in φάσματι potuit.

Ineptum autem illud vocabulum φάσματι necesse est iam in eo codice scriptum fuisse, quo usus ille est interpres, qui scholii ad hunc locum scripti particulam secundam composuit hanc: ἢ τῷ ὀλέθρῳ, παρὰ τὸ πεφάσθαι, τὸ πεφονεῦσθαι. Cuius adnotationis auctorem non antiquum, veluti Alexandrinum, grammaticum fuisse, sed hominem aevi multo recentioris, puta saeculi post Chr. n. septimi vel octavi, ipsius interpretationis ineptia satis ostendit. Atque eo fere tempore licet existimari ipsam illam scripturam φάσματι ortam esse.

Contra non est quod dubites, quin, qui primam scholii, de quo agitur, particulam composuit, προςκεκολλημένος τῷ ἰῷ τῆς ὕδρας, antiquam scripturam νάματι ante oculos habuerit, pro qua non mirum est, quod saepissime accidit, lemmatis loco corruptam codicum scripturam scholio praepositam esse. Ac veram illam vocabuli νάματι explicationem si statuimus, quod iure statuere licet, legisse eum interpretem, qui scriptum in textu φάσματι viderit, tum facile intelligitur, qui factum sit, ut ille, quod alias permirum videatur, φάσματι derivandum a verbo πέφασμαι putaret. Auctores autem scho-

liorum illorum, quae scripta in hanc fabulam sunt, saepe alios aliorum adnotationes et legisse et compilasse, cum ex aliis locis plurimis apparet, tum ex iis, quae ad v. 843. ὧν ἄδ' ά etc. scripta sunt.

Quae continuo sequuntur verba, in fine antistrophae primae collocata, ea iam supra monuimus in codicibus omnibus ita scribi:

μελαγχαίτα τ'
ἄμμιγά νιν αἰκίζει
Νέσσου θ' ὕπο
φοίνια δολόμυθα κέντρ' ἐπιζέσαντα.

Quae sive sensum sive metra spectamus adeo mendosa esse intelligimus, ut sine melioribus codicibus vix emendari posse videantur. Nihilominus non despero fore, ut hic quoque solius ingenii ope, quid poeta scripserit, investigari queat. Quod antequam in medium proferam, dicendum necessario videtur de ea ratione, qua Hermannus huic loco succurrendum putavit, non quo laudem acquiram oppugnanda viri celeberrimi sententia, a qua re animus abhorret, sed quod non paucos huius aetatis homines doctos pleraque eorum, quae ille ad hunc locum proposuit, secus quam debebant probasse video. Adnotavit autem haec:

„Libri veteres *αἰκίζει Νέσσου θ' ὕπο φοίνια δολόμυθα.* Cod. Par. *Νέσσου θ' ὑποφοίνια δουλόμυθα.* Tricliniani, *Νέσσου γ' ὕπο δολόμυθᾶ,* omisso *φοίνια.* Brunckius delevit *θ' ὕπο*, et scripsit *φόνια*, quo metra certe non emendantur. Erfurdtius, ut in libro de metris p. 440. iussi, *Νέσσου θ'* omisit, quam vocem ignorare videatur scholiastes Romanus. Non tamen hoc certo colligas ex verbis eius, quae sic interpungi debent: *τοῦ δασυτρίχου. καὶ ἅμα τῷ φάσματι τῆς ὕδρας καὶ τὰ κέντρα τοῦ Νέσσου αἰκίζει αὐτόν. δῆλον δέ, ὅτι φοίνια τὰ κέντρα τοῦ Νέσσου. λέγει δὲ τὸ αἷμα αὐτοῦ τὸ συμμεμιγμένον τῇ χολῇ τῆς ὕδρας.* Certius ex addita prorsus inutili copula intelligitur *Νέσσου θ'* nihil esse nisi explicationem ver-

borum μελαγχαῖτα τε. Insolentius sane positum est epitheton sine articulo pro substantivo, more epicorum; nec facile hoc indulsisset sibi Sophocles, nisi modo praegressa esset mentio Centauri, ut non ambiguum sit, quem dicat μελαγχαίτην. Δασυστέρνον eum supra vocaverat v. 557. et μελαγχαίτην Μίμαντα apte citavit Wakefieldius ex Hesiodi scuto v. 186. Ὑπὸ adverbialiter dictum hic displicet propter verbum ἐπιζέσαντα, quod quodammodo repugnare videtur illi notioni. Quare coniunctim scripsi ὑποφόνια. Grammaticus in Bekkeri Anecdot. I. p. 313, 5.: ὑποφόνια, τὰ διδόμενα τοῖς οἰκείοις τοῦ βιαίως τελευτήσαντος ὑπὸ τοῦ φονέως ἐπὶ τῷ μὴ ἐξέρχεσθαι τὴν τοῦ φόνου δίκην. Harpocration p. 338.: ὑποφόνια, τὰ ἐπὶ φόνῳ διδόμενα χρήματα τοῖς οἰκείοις ὑπὸ τοῦ τὴν αἰτίαν ἔχοντος ὅτι ἀνήρηκεν, [ἵνα μὴ ἐπεξίωσιν] ἐπὶ τῷ μὴ ἐπεξέρχεσθαι, μηδὲ γενέσθαι τὴν τοῦ φόνου δίκην. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Καλλισθένους, καὶ ἐν τῷ κατὰ Φορμισίου· Θεόφραστος νόμων ἕκτῳ καὶ δεκάτῳ. Invenitur apud Philostratum Imag. p. 877. Vocabulum hoc, quod proprie adiectivum est, pro substantivo non videtur in poesi usurpari potuisse. Quare falleretur, opinor, qui ὑποφόνια ἐπιζέσαντα iungeret, ex iisque verbis pendere vellet δολόμυθα κέντρα. Nihil vero impedit, vocabulum quod in prosa oratione pro substantivo esse solet, in poesi propria potestate ut adiectivum usurpari. Quamobrem cum κέντρα coniungendum puto, ut sit, quod dici poterat ποίνιμα κέντρα. Sensus est enim: *simulque cruciatur ustus caedem expiantibus aculeis dolosorum commentorum Centauri.* Duplicem memorat dolorem Herculis, alterum corporis, ex vi veneni; alterum animi, ex eo, quod caedem Nessi luit dolo, quo is Deianiram deceperat."

Ex his illud primum nego ferri posse, quod Hermannus

statuit, solo adiectivo μελαγχαῖτα Nessum Centaurum significari potuisse, siquidem nemo umquam Graecorum ad significandum certum quendam hominem solo adiectivo non addito articulo usus esse reperitur. Huc accedit, quod ipsum illud vocabulum μελαγχαίτης minime proprium sive perpetuum, quod dicitur, epitheton Centaurorum fuit, ita ut ne si additus quidem articulus esset Nessum Centaurum intelligi debere appareret. Ex quo illud statim sequitur, necessario aut retinendum nomen Νέσσου esse, quod Hermannus delevit, aut, si deleatur, pro eo restituendum esse aut θηρός aut Κενταύρου nomen. Ac si contemplatus diligenter eris quae post nomen Νέσσου in codicibus posita sunt vocabula θ' ὕπο, deinde illud tecum reputaveris, quo magis ea sensu careant, eo minus ab interprete aut librario addita iudicari posse, ita ut Hermanni rationem τὲ particulam eiicientis prorsus reiiciendam esse manifestum sit, postremo illud tenueris, quod statim ostendam, ὑπό praepositionem cum sequente vocabulo φοίνια coniungi non licere, profecto nihil iam dubitabis, quin vere Dindorfius nomen θηρός latere in litteris θυπο suspicatus sit. Id igitur deleto nomine proprio Νέσσου restituendum; quo facto et sensui loci et metris, ut deinde apparebit, omni ex parte satisfeceris. Illud vix opus est, ut moneam lectores, saepe in hac fabula Nessum solo nomine θηρός significari. Sic v. 556. ἦν μοι παλαιὸν δῶρον ἀρχαίου ποτὲ θηρός. 568. ἐκθνήσκων δ' ὁ θὴρ τοσοῦτον εἶπε. 662. ἐπὶ προφάνσει θηρός. et alibi saepius.

Restat igitur, ut illud doceamus, eo, quo Hermannus voluit, vocabulo ὑποφόνια Sophoclem hic usum esse non posse. Cuius rei causa prima haec est, quod nullo dum exemplo probatum est, adiectivi loco id vocabulum usurpatum esse. Pro substantivo enim hic esse non posse, et per se patet et ab ipso Hermanno concessum est. Longe gravior altera causa est, quod is eius vocabuli significatus, quo solo Graecos usurpasse a Grammaticis docemur, a sententia huius loci alienissimus est. Docent Grammatici illi, ὑποφόνια significasse poenam, sive potius mulctam eam, quam hominis occisi cognatis is qui fuerit occisor solverit eo pacto, ut caedem iam ulcisci illis non liceret. Atqui mulctae

significationem ab huius loci sententia abhorrere manifestum est. Deinde notandum, inter Nessum et Herculem longe aliam intercessisse rationem, quam inter eum, qui sumere mulctam, quae nomine illo significabatur, et illum, qui solvere solitus esset, ex veterum Grammaticorum testimoniis constanter intercessisse intelligimus. Nessus enim cum non cognatus esset eius, qui interfectus erat, sed ipse ab Hercule occisus esset, exigere ὑποφόνια ab Hercule nullo modo dici potuit. Itaque quam vocabuli illius potestatem apud Graecos fuisse per veteres Grammaticos cognovimus, eam diversissimam esse patet ab eo significatu, quo hic id vocabulum positum esse Hermannus voluit. Qui postremo in eo etiam vehementer falsus est, quod toto hoc membro, *μελαγχαίτα τε — ἐπιζέσαντα*, non corporis cruciatus, quos vis veneni Herculi paraverit, sed animi dolores significari credidit, positos in eo, quod caedem Nessi luat dolo, quo is Deianiram deceperit. Etenim Centauri dolo in perniciem se adductum esse, eo tempore, quo chorus haec cecinit, Herculem prorsus latebat, qui tum quidem nihil cognorat nisi hoc, a Deianira sibi missam vestem illam pestiferam esse. Cfr. v. 770 — 776. Immo a Nesso deceptam Deianiram et commotam esse, ut vestem illam veneno perunctam sibi mitteret, ab Hyllo demum v. 1136—1142. comperit. Quo cognito statim sibi moriendum esse vidit. Itaque de animi dolore, quo cruciatum hic Herculem dici Hermannus putat, cogitari non posse certum est.

Quae cum ita sint, quaeritur iam, quid faciendum sit adiectivis *φοίνια* et *δολόμυθα*, quae neque sententiae loci satis convenire et metro prorsus adversari pateat. Versus autem strophici cum et sententia aptissima et numeri elegantissimi sint, ita ut dubitari nequeat, quin ad eius normam antistrophicus emendandus sit, sic equidem existimo, unum hic a poeta adiectivum substantivo *κέντρα* appositum, idque duobus illis adiectivis ab interprete illustratum esse. Vix autem erit, quod et metro et sententiae loci aptius sit, quam adiectivum *ὀλοφῷος*, quod, si veterum Grammaticorum eius vocabuli explicationes recordamur, facillime hic duobus istis adiectivis explanari potuisse intelligimus. Cfr. Scholia antiq. in Hom. Od. δ, 410. *ὀλοφώϊα· ἢ σκοτεινὰ καὶ ἀπόκρυφα, ἀπὸ*

τοῦ ἐλεῖν τὸ φῶς· ἢ ὀλέθρια, ἀπὸ τοῦ ὀλοὸν τὸ ὀλέθριον καὶ τοῦ φαίνω. — ὀλοφώϊα λέγονται τὰ ποιοῦντα πάτον καὶ ὄλεθρον, ἀπὸ τοῦ ὄλω τὸ φθείρω καὶ τοῦ φῶ τὸ λέγω. — ὀλοὰ ποιήματα, ἢ ἀπόκρυφα; ὀλέθρια, ἢ δόλια. Hesychius: ὀλοφώϊα· ὀλέθρια, οἷον ὀλοποιά, δεινὰ βουλεύματα.

Itaque totum illum locum a v. 835. usque ad v. 840. ita olim a poeta esse scriptum puto:

πῶς ὅδ' ἂν ἔτι φάος ἕτερον ἢ τανῦν ἴδοι,
δεινοτάτῳ μὲν ὕδρας
προστετακὼς
νάματι, μελαγχαίτα τ'
ἄμμιγά νιν αἰκίζει
θηρὸς ὀλοφῶα κέντρ' ἐπιζέσαντα.

Quibus versibus in stropha hi iam respondent:

δωδέκατος ἄροτος, ἀναδοχὰν τελεῖν πόνων
τῷ Διὸς αὐτόπαιδι,
καὶ τάδ' ὀρθῶς
ἔμπεδα κατουρίζει.
πῶς γὰρ ἂν ὁ μὴ λεύσσων
φῶς ἔτι πότ' ἔτι πόνων ἔχοι λατρείαν;

Nihil autem in eo offensionis est, quod in versu ultimo strophico iambus secundus tribracho constat. Idem cum alibi factum, tum in eodem metri genere Electr. v. 183.:

οὔθ' ὁ παρὰ τὸν Ἀχέροντα θεὸς ἀνάσσων.

Cui respondet v. 164.:

βήματι μολόντα τάνδε γᾶν Ὀρέσταν.

Porro sensus totius loci, quem iam emendatum adscripsimus, hic est: quomodo Hercules alium quam hodiernum diem videat, cui vehementissimus hydrae latex adhaereat simulque nigris comis hirsuti Centauri dolosi stimuli ferventes cruciatus cieant? Illud autem per se quisque intelliget, verbis ὀλοφῶα κέντρα θηρός significari dolosum pestiferumque medicamentum Nessi, quo Deia-

significationem ab huius loci sententia abhorrere manifestum est. Deinde notandum, inter Nessum et Herculem longe aliam intercessisse rationem, quam inter eum, qui sumere mulctam, quae nomine illo significabatur, et illum, qui solvere solitus esset, ex veterum Grammaticorum testimoniis constanter intercessisse intelligimus. Nessus enim cum non cognatus esset eius, qui interfectus erat, sed ipse ab Hercule occisus esset, exigere ὑποφόνια ab Hercule nullo modo dici potuit. Itaque quam vocabuli illius potestatem apud Graecos fuisse per veteres Grammaticos cognovimus, eam diversissimam esse patet ab eo significatu, quo hic id vocabulum positum esse Hermannus voluit. Qui postremo in eo etiam vehementer falsus est, quod toto hoc membro, μελαγχαίτα τε — ἐπιζέσαντα, non corporis cruciatus, quos vis veneni Herculi paraverit, sed animi dolores significari credidit, positos in eo, quod caedem Nessi luat dolo, quo is Deianiram deceperit. Etenim Centauri dolo in perniciem se adductum esse, eo tempore, quo chorus haec cecinit, Herculem prorsus latebat, qui tum quidem nihil cognorat nisi hoc, a Deianira sibi missam vestem illam pestiferam esse. Cfr. v. 770 — 776. Immo a Nesso deceptam Deianiram et commotam esse, ut vestem illam veneno perunctam sibi mitteret, ab Hyllo demum v. 1136—1142. comperit. Quo cognito statim sibi moriendum esse vidit. Itaque de animi dolore, quo cruciatum hic Herculem dici Hermannus putat, cogitari non posse certum est.

Quae cum ita sint, quaeritur iam, quid faciendum sit adiectivis φοίνια et δολόμυθα, quae neque sententiae loci satis convenire et metro prorsus adversari pateat. Versus autem strophici cum et sententia aptissima et numeri elegantissimi sint, ita ut dubitari nequeat, quin ad eius normam antistrophicus emendandus sit, sic equidem existimo, unum hic a poeta adiectivum substantivo κέντρα appositum, idque duobus illis adiectivis ab interprete illustratum esse. Vix autem erit, quod et metro et sententiae loci aptius sit, quam adiectivum ὀλοφῶος, quod, si veterum Grammaticorum eius vocabuli explicationes recordamur, facillime hic duobus istis adiectivis explanari potuisse intelligimus. Cfr. Scholia antiq. in Hom. Od. δ, 410. ὀλοφώϊα· ἢ σκοτεινὰ καὶ ἀπόκρυφα, ἀπὸ

τοῦ ἰλεῖν τὸ φῶς· ἢ ὀλέθρια, ἀπὸ τοῦ ὀλοὸν τὸ ὀλέθριον καὶ τοῦ φαίνω. — ὀλοφώϊα λέγονται τὰ ποιοῦντα κάτον καὶ ὄλεθρον, ἀπὸ τοῦ ὄλω τὸ φθείρω καὶ τοῦ φῶ τὸ λέγω. — ὀλοὰ ποιήματα, ἢ ἀπόκρυφα, ὀλέθρια, ἢ δόλια. Hesychius: ὀλοφώϊα· ὀλέθρια, οἷον ὀλοποιά, δεινὰ βουλεύματα.

Itaque totum illum locum a v. 835. usque ad v. 840. ita olim a poeta esse scriptum puto:

πῶς ὅδ' ἂν ἔτι φάος ἕτερον ἢ τανῦν ἴδοι,
δεινοτάτῳ μὲν ὕδρας
προστετακὼς
νάματι, μελαγχαίτα τ'
ἄμμιγά νιν αἰκίζει
θηρὸς ὀλοφῷα κέντρ' ἐπιζέσαντα.

Quibus versibus in stropha hi iam respondent:

δωδέκατος ἄροτος, ἀναδοχὰν τελεῖν πόνων
τῷ Διὸς αὐτόπαιδι,
καὶ τάδ' ὀρθῶς
ἔμπεδα κατουρίζει.
πῶς γὰρ ἂν ὁ μὴ λεύσσων
φῶς ἔτι πότ' ἔτι πόνων ἔχοι λατρείαν;

Nihil autem in eo offensionis est, quod in versu ultimo strophico iambus secundus tribracho constat. Idem cum alibi factum, tum in eodem metri genere Electr. v. 183.:

οὔθ' ὁ παρὰ τὸν Ἀχέροντα θεὸς ἀνάσσων.

Cui respondet v. 164.:

βήματι μολόντα τάνδε γᾶν Ὀρέσταν.

Porro sensus totius loci, quem iam emendatum adscripsimus, hic est: quomodo Hercules alium quam hodiernum diem videat, cui vehementissimus hydrae latex adhaereat simulque nigris comis hirsuti Centauri dolosi stimuli ferventes cruciatus cieant? Illud autem per se quisque intelliget, verbis ὀλοφῷα κέντρα θηρός significari dolosum pestiferumque medicamentum Nessi, quo Deia-

nira auctore illo ad deliniendum Herculis animum usa sit. Quam interpretationem cave ne propterea reiicias, quod ita poeta idem bis dixerit, qui iam membro priore, *δεινοτάτῳ μὲν — νάματι*, veneni pestiferi, mortem Herculi paraturi, mentionem fecerit. Duabus enim ex rebus compositum erat medicamentum illud, ex veneno hydrae Lernaeae et ex cruore Nessi ipsius. Cfr. v. 572 sqq.:

ἐὰν γὰρ ἀμφίθρεπτον αἷμα τῶν ἐμῶν
σφαγῶν ἐνέγκῃ χερσίν, ᾗ μελαγχόλου
ἔβαψεν ἰοῦ θρέμμα Λερναίας ὕδρας,
ἔσται φρενός σοι τοῦτο κηλητήριον
τῆς Ἡρακλείας, ὥςτε μήτιν' εἰςιδὼν
στέρξει γυναῖκα κεῖνος ἀντὶ σοῦ πλέον.

et v. 714 sqq.:

τὸν γὰρ βαλόντ' ἄτρακτον οἶδα καὶ θεὸν
Χείρωνα πημήναντα, χὥσαπερ θίγῃ,
φθείρει τὰ πάντα κνώδαλ'· ἐκ δὲ τοῦδ' ὅδε
σφαγῶν διελθὼν ἰὸς αἵματοῦς μέλας
πῶς οὐκ ὀλεῖ καὶ τόνδε;

Ex illis autem duabus rebus cum solum venenum eam habere vim inter omnes constaret, ut inevitabilem mortem afferret, summo iure poeta cum totius medicaminis vim perniciosam cruciatusque cientem, tum imprimis ac separatim venenum, ut solum per se necessario interitum parans, commemorare potuit. Denique ut intelligatur, quo sensu participium *ἐπιζέσαντα* additum sit, satis erit comparasse, quae supra a Deianira ipsa dicta sunt v. 701 sqq.:

ἐκ δὲ γῆς, ὅθεν
προὔκειτ', ἀναζέουσι θρομβώδεις ἀφροί.

Atque hac quidem interpretatione v. 836 sqq., *δεινοτάτῳ — ἐπιζέσαντα*, id assecuti sumus, ut horum verborum eadem iam sententia sit atque illorum, quae in initio antistrophae primae posita sunt, *εἰ γάρ σφε Κενταύρου φονίᾳ νεφέλᾳ χρίει δολοποιὸς ἀνάγκα πλευρὰ προςτακέντος ἰοῦ, ὃν τέκετο θάνατος, ἔτρεφε δ' αἰόλος δράκων.* Quam rem ne

quis adversari interpretationi nostrae putet, quod incredibile sit, poetam sententiam illam bis in una antistropha extulisse, tenendum est, tota antistropha poetam nihil nisi hoc et dixisse et dicere debuisse: nam si latera Herculis virus mortiferum hydrae Nessi cruore mixtum pungit, quomodo alium quam hunc diem cernat? Atqui adhaeret veneno illi Nessique medicamine summis doloribus cruciatur. Itaque cum verba illa, *δεινοτάτῳ μὲν ὕδρας — ἐπιζέσαντα*, si usitatiorem formam dicendi sequi voluisset, sic efferre posset, ut maiore post *ἴδοι* facta interpunctione diceret, *νῦν δὲ δεινοτάτῳ μὲν ὕδρας προτέτακεν νάματι, μελαγχαίτα τε θηρός* etc., maluit praeter vulgarem consuetudinem loquendi coniungere haec cum praecedentibus, posito participio *προςτετακώς*, cum verbo finito, quod praecedit, *ἴδοι* coniungendo. Denique quod relicta rursus quam inchoaverat structura *μελαγχαίτα τε θηρός κέντρα νιν αἰκίζει* dixit pro eo, quod dicere debebat, *μελαγχαίτα τε θηρὸς κέντροις αἰκιζόμενος*, in eo nihil offensionis esse, inter omnes nunc constat. Cfr. quae ad O. R. 447. et Ant. 805. adnotavimus. Postremo de consociatis *μέν — τέ* particulis ad Philoct. 1038 sqq. ed. sec. dixi.

Accedimus ad stropham secundam, quae non levioribus librariorum mendis quam quae praecedit antistropha prima depravata est. Editores tamen recentiores ad unum omnes, si paucissimas easque levissimas correctiones exceperis, constanter codicum scripturam secuti sunt, nihil in ea, ut videtur, mendi esse arbitrati. Sic enim stropham illam scriptam exhibuerunt:

ὧν ἅδ᾽ ἁ τλάμων ἄοκνον
μεγάλαν προςορῶσα δόμοισι βλάβαν νέων
ἀϊσσόντων γάμων,
τὰ μὲν οὔτι προςέβαλε, τὰ δ᾽ ἀπ᾽ ἀλλόθρου
γνώμας μολόντ᾽ ὀλεθρίαισι συναλλαγαῖς,
ἦ που ὀλοὰ στένει,
ἦ που ἀδινῶν χλωρὰν
τέγγει δακρύων ἄχναν.
ἁ δ᾽ ἐρχομένα μοῖρα προφαίνει δολίαν
καὶ μεγάλαν ἄταν.

In his haec tantum profecta ab editoribus sunt, *δόμοισι*, *ἀλλόθρου*, *ὀλεθρίαισι συναλλαγαῖς*, pro quibus in codicibus legimus, *δόμοις*, *ἀλλοθρόου*, *ὀλεθρίαις ξυναλλαγαῖς*. Unus Musgravius unum praeterea vocabulum mendi suspectum habuit, qui cum omnino in explicando hoc loco minus quam ceteri interpretes a vero mihi aberrasse videatur, quae ad quinque primos huius antistrophae versus adnotavit, eo magis adscribenda hic putavi, quo saepius ille ab iis, qui secuti sunt, editoribus inventionis laude defraudatus est. Accedit, quod de huius quidem loci sententia singulorumque vocabulorum sensu necessario pluribus dicendum est. Is igitur haec adnotavit:

„V. 841. *ἄοκνον.* Interpretantur *celerem*, *impigram*. Mihi haec interpretatio duriuscula videtur, neque commoda porro quae sic efficitur sententia. Quo enim referas relativum *ὧν*? Si ad Herculis infortunia, non cohaerebit oratio. Si ad mala ex Ioles connubio oritura, plane praeposterum erit antecedens adeo longo intervallo relativo postpositum. Legendum, ni fallor, *ἄοκνος*, *secura*. *Quorum* (malorum) *infelix haec* (Deianira) *secura.*"

„V. 842. Constructionem sic instituo: *προςορῶσα νέων γάμων ἀϊσσόντων μεγάλαν βλάβαν δόμοισι*, *cernens novas nuptias suscitantes magnam noxam domo*. *Νέων γάμων* dictum pro *νέους γάμους*. Vide citata supra ad v. 398.*). Deinde *ἀΐσσειν* transitive, ut Ai. 40., ubi alia."

---

*) Ad eum locum, i. e. ad v. 394. ed. Br. (391. ed. meae), qui vulgo ita scriptus in codicibus editionibusque omnibus legitur: *δίδαξον, ὡς ἕρποντος εἰςορᾷς ἐμοῦ*, Musgravius haec adnotavit: „*ἕρποντος εἰςορᾷς ἐμοῦ*] Simillime Homerus Iliad. δ, 357. *ὡς γνῷ χωομένοιο*. Aratus Phaenom. 108. *οὔπω λευγαλέου τότε νείκεος ἠπίσταντο*. Idem Diosem. 2. *ἀεξομένοιο διδάσκει μηνός*. Vide infra v. 945. *τῷ παιδὶ φράζω τῆς τεχνωμένης τάδε*. Homeri Iliad. ῥ, 427. Eurip. Phoen. 1380." At eo ipso loco, ad quem haec notata a Musgravio sunt, corruptam esse codicum scripturam, ita emendandam, *δίδαξον, ὡς ἕρποντος, ὡς ὁρᾷς, ἐμοῦ*, planum ego feci in Censura Aiac. ab Lobeck. iterum edit. p. 115 sqq. Eodem in libro p. 12 sqq. illud demonstravi, nullo modo Sophoclem existimari posse, verbum *ᾄσσειν* sensu transitivo usurpasse. Itaque iure meritoque ab omnibus, qui secuti sunt, editoribus prorsus improbata est haec Musgravii interpretatio verborum illorum, *μεγάλαν προςορῶσα — γάμων*.

„V. 844. *τὰ μὲν οὔτι προςέβαλε, illa quidem non animadvertit. Illa*, id est funesta et pestifera illa, quae ab hydrae felle formidari debebant, quaeque nunc Hercules patitur. *Προςέβαλε* subaudito *νοῦν*. Plutarch. Vol. II. p. 149. D. *ὁ δὲ Θάλης προςέβαλε τῷ νεανίσκῳ πολὺν χρόνον.*"

„Ibidem. *ἀλλοθρόου, fallaci, mendaci;* qui aliud mente celat, aliud *θροεῖ*; vel ut Homerus:

ὅς κ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ βάζει.

Τὰ δ' ἀπ' ἀλλοθρόου γνώμας μολόντα interpretor, *quae Nessus astute de Herculis amore philtris conciliando commentus erat.* Quae sequuntur verba *ὀλεθρίαισι ξυναλλαγαῖς*, significant, *in colloquio, quod moribundus cum ipsa habuit*, *vel, quum moribundus in gratiam cum ipsa redire vellet.*"

His continuo addenda puto, quae Hermannus, cui, qui postea extiterunt editores omnes assensi videntur, ad eundem locum adnotavit:

„Libri *ἄοκνον*, pro quo cum in Diar. Ienens. 1802. p. 143. scribendum coniecissem *ἄοκνος*, receperunt id Erfurdtius et Groddeckius. Non debebant facere. Construenda verba sunt hoc modo: *ὧν τὰ μὲν οὔτι προςέβαλε, τὰ δὲ, ἀπ' ἀλλόθροου γνώμας μολόντα ὀλεθρίαις συναλλαγαῖς, ἦ που ὀλοὰ στένει. Quam dolosam Nessi orationem misera illa, non cunctanter magnam aedibus imminere perniciem videns, novo instante connubio, partim non intellexit, partim aliunde cognitam funesta conciliatione aut multum, opinor, gemit, aut uberes lacrimas effundit.* Nesso enim fidem habens, non intellexit dolum eius; ab Hyllo autem cum accepit, quomodo, quod amori Herculis retinendo fore putaverat, in perniciem eius verterit, gemere eam coniicit chorus et flere, quod perdiderit Herculem, quem se sibi reconciliaturam speraverat. Cetera in medio posita. Cum enim celerem (id est *ἄοκνον*) instare sibi afflictionem ex pellice animadverteret,

non habuit tempus ad reputandum, quid ex tam ambiguo Nessi dono periculi immineret. *Δόμοισι* Triclinii recensio. Codd. Par. Flor. Harl. et edd. vett. *δόμοις*. Deinde *νέον* cod. Par. et schol. Rom., in quibus scriptum: *νέον ἀϊσσόντων· νεωστὶ προςβαλλόντων*."

„V. 844. *Οὔτι προςέβαλεν· οὐ συνῆκεν*, Scholiasta, recte. Vide Dorvill. ad Chariton. p. 195. (318. ed. Lips.). Libri *προςέβαλε*, etiam in antistrophico cum Scholiasta *ν* omittentes. Vereor, ne praestet addi, ut in Glyconeum hic versus exeat, quemadmodum qui sequitur. *Ἀλλόθρόον*, quod in libris est, in *ἀλλόθρoον* mutandum vidit Erfurdtius, nisi quod accentum male posuerat, de quo monuit Schaeferus. Brunckius locum plane non intellectum corrupit scribendo, *τὰ μὲν οὔτι προςέβαλ' ἀπ' ἀλλοθρόου γνώμας μολόντ' ὀλεθρίαις ξυναλλαγαῖς*, plene post haec verba interpungens, quod fecit etiam Musgravius*), cum vulgo comma positum esset. Interpunctionem illam Brunckii servavit Erfurdtius. Vertit autem Brunckius: *demens non animadvertit, ab infenso animo profecta haec consilia, ut specie conciliandi amoris maritum perderet.*"

Apparet ex his Musgravii et Hermanni adnotationibus, imprimis dissentire a se interpretes in explicando pronomine relativo *ὧν* pariter atque in interpretandis verbis *τὰ μὲν οὔτι προςέβαλε, τὰ δ' ἀπ' ἀλλόθροον γνώμας μολόντα ὀλεθρίαις συναλλαγαῖς στένει*. Manifestum autem illud primum puto, id quod res ipsa ususque loquendi satis ostendit, *ὧν* pronomen relativum, in initio novae strophae positum, non tam ad unum aliquod nomen eorum, quae in praecedentibus posita sint, quam ad summam eorum, quae antistropha prima dicta sunt, referri debere. Cfr. huius fabulae vs. 122. *ὧν ἔπι μεμφομένα σ' αἰδοῖα μέν, ἀντία δ' οἴσω*, collatis, quae de eo loco p. 11. exposuimus. Itaque vel hanc ob causam est, quod displiceat Hermanni ratio, pronomen illud relativum

*) Iniuriam facit Hermannus Musgravio, qui comma tantum post *ξυναλλαγαῖς* posuerit.

ad sola verba *θηρὸς κέντρα ὁλοφῷα* sive *δολόμυθα* spectare arbitrantis. Verum multo magis eius interpretationem huius loci reiiciendam inde apparet, quod verba illa *θηρὸς ὁλοφῷα κέντρα* dolosam Nessi orationem significare nullo modo possunt. De quo non opus est, ut post ea, quae ante expromsi, quicquam addam. Immo hoc iam pro certo pono, de quo reliquorum verborum sensu patefacto nemo in posterum dubitabit, primum *ὤν*, ut recte vidit Musgravius, necessario ad mala sive interitum Herculis, de quo solo in praecedentibus dictum, referendum esse, deinde genitivum eius pronominis ex pronomine *τὰ μέν* vel propterea aptum esse non posse, quod is ab eo nomine, a quo regeretur, inaudita ratione seiunctus esset, denique eam fuisse adiectivi *ἄοκνος* significationem, ut hoc cum verbis sequentibus *μεγάλαν βλάβαν* coniungi hic non posset. Ante omnia vero eruendum illud est, quo sensu verba *τὰ μὲν οὔτι προςέβαλε, τὰ δ' ἀπ' ἀλλόθρου γνώμας μολόντα — στένει* dicta sint. Atque horum quidem membrorum posterius, *τὰ δ' ἀπ' ἀλλόθρου γνώμας μολόντα ὀλεθρίαις συναλλαγαῖς*, qui verborum *ἀλλόθρου γνώμας* et *ὀλεθρίαις συναλλαγαῖς* significatum diligentius adverterit, non poterit dubitare, quin hoc sensu dictum sit: quae alieni hominis consilio adducta sunt funesta permutatione, id est, quod malum Nessi consilio ex funesto eius medicamine profectum est. De adiectivo *ἀλλόθρους*, in quo explicando valde erravit Musgravius, confer Philoct. 540.:

> *ἐπίσχετον, μάθωμεν. ἄνδρε γὰρ δύο,*
> *ὁ μὲν, νεὼς σῆς ναυβάτης, ὁ δ', ἀλλόθρους,*
> *χωρεῖτον, ὧν μαθόντες αὖθις εἴςιτον.*

De usu verbi *μολεῖν* satis est unum attulisse Electr. v. 908.:

> *καὶ νῦν θ' ὁμοίως καὶ τότ' ἐξεπίσταμαι,*
> *μή του τόδ' ἀγλάϊσμα πλὴν κείνου μολεῖν.*

Postremo substantivum *συναλλαγαί*, quod vereor ut a quoquam editorum recte explicatum sit, vix dubium esse potest, quin rem significet eam, quam reddiderit Nessus Deianirae pro eo, quod ultimam illam Euenum fluvium transportasset,

uno verbo medicamen, quo periit Hercules. Neque enim in aliam partem interpretari hoc auditoribus licuit, quibus eorum, quae ad Nessum spectabant, nihil esset nisi hoc ab ipsa Deianira expositum v. 555 sqq.:

ἦν μοι παλαιὸν δῶρον ἀρχαίου ποτὲ
θηρός, λέβητι χαλκέῳ κεκρυμμένον,
ὃ παῖς ἔτ' οὖσα τοῦ δασυστέρνου παρὰ
Νέσσου φθίνοντος ἐκ φόνων ἀνειλόμην·
ὃς τὸν βαθύῤῥουν ποταμὸν Εὔηνον βροτοὺς
μισθοῦ 'πόρευε χερσίν, οὔτε πομπίμοις
κώπαις ἐρέσσων, οὔτε λαίφεσιν νεώς.
ὅς κἀμέ, τὸν πατρῷον ἡνίκα στόλον
ξὺν Ἡρακλεῖ τὸ πρῶτον εὖνις ἑσπόμην,
φέρων ἐπ' ὤμοις, ἡνίκ' ἦν μέσῳ πόρῳ,
ψαύει ματαίαις χερσίν· ἐκ δ' ἤϋσ' ἐγώ,
χὠ Ζηνὸς εὐθὺς παῖς ἐπιστρέψας, χεροῖν
ἧκεν κομήτην ἰόν· ἐς δὲ πνεύμονας
στέρνων διεῤῥοίζησεν. ἐκθνήσκων δ' ὁ θὴρ
τοσοῦτον εἶπε· παῖ γέροντος Οἰνέως,
τοσόνδ' ὀνήσει τῶν ἐμῶν, ἐὰν πίθῃ,
πορθμῶν, ὁθούνεχ' ὑστάτην σ' ἔπεμψ' ἐγώ·
ἐὰν γὰρ ἀμφίθρεπτον αἷμα τῶν ἐμῶν
σφαγῶν ἐνέγκῃ χερσίν, ᾗ μελαγχόλου
ἔβαψεν ἰοῦ θρέμμα Λερναίας ὕδρας,
ἔσται φρενός σοι τοῦτο κηλητήριον
τῆς Ἡρακλείας, ὥςτε μήτιν' εἰςιδὼν
στέρξαι γυναῖκα κεῖνος ἀντὶ σοῦ πλέον.

Quae cum ita sint, verbis praecedentibus, *τὰ μὲν οὔτι προςέβαλε*, alteram, qua Deianira afflicta sit, calamitatem, ab alio quam a Nesso ortam, significari necesse est. Atqui non extitit praeterea ulla nisi illa, quam ex Iolae adventu sibi imminere putabat. Verum eam non animadvertisse Deianiram, quo sensu iam verba illa ex vulgata omnium interpretum opinione accipienda videbuntur, dici a choro nullo modo potuisse, res est manifestissima. At permirum profecto est, delabi in eam opinionem interpretes potuisse, ut verbi *προςέβαλεν* eam hic esse significationem putarent, quae nec fuit unquam nec

esse potuit. Nam quod in scholiis scriptum, *οὔτι προςέβαλε: οὐκ ἔγνω, οὐ συνῆκεν*, eo nihil effici contra nos, per se patet. Accedit, quod, ut alio loco monuimus, in scholiis, quae in hanc fabulam scripta sunt, saepissime et interpretationes absurdissimas propositas et significationes inauditas verbis graecis affictas videmus; quae omnia extrema hac dissertatione, ne falsa dixisse existimer, sub unum aspectum ponam. Neque vero Dorvillius ad Charitonem, ad quem Hermannus lectores ablegavit, quicquam attulit, quo evinceret, *προςβάλλειν τι* graece dictum esse, ita ut significaret aliquid animadvertere, intelligere. De quo ut ipse tibi persuadeas, en totam eius, quae huc spectat, adnotationem:

„P. 45. V. 5. *Λαβοῦσα πρὸς τὸ πρᾶγμα τὴν διάνοιαν, εὔχετο πρὸς τοῦτο*] L. 2, 9, 35. 13 et 25. 6, 2, 98. 11. *ἐλάμβανε λογισμούς*: quomodo etiam loquitur Demosthenes *κατὰ Ἀριστοκρ.* 750. C. L. 3, 9, 59. 9. *φαντασίαν*. L. 3, 10, 60. 7. *ἀπόγνωσιν*. L. 4, 7, 76. 17. *μνήμη ἐλάμβανεν αὐτόν*. Demosthenes *περὶ συμμορ.* 138. C. *παράνοιαν*. I. Philipp. 120. B. *ἔννοιαν*. Sed in his non plane agnosco nostram locutionem; quare inducor fere, ut credam, legendum esse: *βαλοῦσα πρὸς τὸ πρᾶγμα τὴν διάνοιαν*. Ita Sophocles Trachin. 855. *τάδε μὲν οὔτι προςέβαλε*. Scholiasta ait *συνῆκε*, nempe *τῇ διανοίᾳ*. *προςβάλλειν τι τῇ διανοίᾳ*, sive *προςβάλλειν τὴν διάνοιαν πρός τι*, eodem redit. Ita *ἐμβάλλεσθαί τι φρεσί* Hom. Iliad. α, 297. Scholiasta *ἐνθέσθαι*. ut Theocritus Id. 27, 14. *ἐγκαταθέσθαι*, *animum applicare alicui rei, adiicere*. *βαλεῖν* et *λαβεῖν* quoties permutantur! exempli causa apud Apollon. Rhod. 3, 1062. *σῖγα ποδῶν πάρος ὄσσε βαλοῦσα*. Cod. Laurentianus male *λαβοῦσα*. Ita alio paulo sensu Manetho non semel *ὄμμα βάλῃ*, 1, 287. 4, 122.“

At primum ne hoc quidem aut probatum ullo exemplo est aut probari umquam poterit, quemquam Graecorum *προςβάλλειν τι τῇ διανοίᾳ* dixisse; multo minus illud, nisi exemplum afferatur, quod afferri nequit, cuiquam persuadebitur, omisso substantivo *τῇ διανοίᾳ* dictum esse *προςβάλλειν τι*,

ita ut esset aliquid animadvertere. Vehementer enim falli eum apparet, qui ex eo, quod dictum sit νοῦν vel διάνοιαν προςβάλλειν sive πράγματί τινι sive πρὸς πρᾶγμά τι, concludendum putet, dici etiam προςβάλλειν τι τῇ διανοίᾳ potuisse; quasi latine, cum diceretur animum adiicere ad aliquid vel alicui rei, dici eodem sensu potuerit, quod numquam dictum est, aliquid ad animum adiicere.

Certissimum igitur illud est, si Sophocles προςβάλλειν sensu advertendi in eo, de quo agimus, loco posuisset, non τὰ μέν, sed τοῖς μέν scripturum eum fuisse. Quod cum nec scriptum sit, nec salvo sensu metroque scribi possit, quid tandem probabilius, quam lenissima correctione, id quod saepissime a librariis mutatum in προςέβαλεν scimus, restituendum προςέλαβεν esse? Nunc enim omnia et graece dicta et aptissime elegantissimeque enuntiata. Spectant pronomina τὰ μέν et τὰ δέ ad substantivum βλάβην, et prius quidem pronomen τὰ μέν ad id malum, quod imminebat Deianirae ex novis nuptiis. Id non accepisse Deianiram chorus ait, quod ipsa illa supra impetrare a se posse negavit, ut cum pellice illa Herculis, Iolen dico, una in domo habitaret eamque consortem eiusdem connubii faceret, v. 545 sq.:

τὸ δ' αὖ ξυνοικεῖν τῇδ' ὁμοῦ, τίς ἂν γυνὴ
δύναιτο, κοινωνοῦσα τῶν αὐτῶν γάμων;

Conferantur etiam, quae infra Hyllus patri dixit v. 1139 sq.:

στέργημα γὰρ δοκοῦσα προςβαλεῖν σέθεν,
ἀπήμπλαχ', ὡς προςεῖδε τοὺς ἔνδον γάμους.

Item illud apparet, rectissime compositum προςλαβεῖν positum hic esse, siquidem, si tolerasset Deianira malum bigamiae, ut ita dicam, ad priorem Herculis uxorem, id est ad semet ipsam, novam uxorem tamquam sociam adsumsisset. Ita eadem in re dictum ab Euripide Med. 885.:

νῦν οὖν σ' ἐπαινῶ, σωφρονεῖν τ' ἐμοὶ δοκεῖς,
κῆδος τόδ' ἡμῖν προςλαβών.

Addo Sophocl. Oed. Col. 378 sq.:

ὁ δ', ὡς καθ' ἡμᾶς ἔσθ' ὁ πληθύων λόγος,
τὸ κοῖλον Ἄργος βὰς φυγὰς προςλαμβάνει
κῆδός τι καινὸν καὶ ξυνασπιστὰς φίλους.

Itaque totius huius loci, μεγάλαν προςορῶσα δόμοισι βλάβαν — δακρύων ἄχναν, sensus hic est: magnam videns aedibus accidere calamitatem novo instante connubio, hanc quidem non adscivit, sed illam, quae alieni hominis consilio ex funesto medicamine profecta est, perniciem sine dubio aut gemit multum auf uberes lacrimas effundit. Id est, vitam domesticam cum perturbari novo coniugio videret, ne illud malum subiret, maluit, quod a Nesso accepit, medicamine uti, quo ipsum maritum perdidit; quam rem graviter lugebit.

Simul illud patefactum est, necessario in primo antistrophae versu ex Musgravii coniectura pro ἄοκνον scribendum esse ἄοκνος, ita ut ex eo adiectivo pendeat genitivus ὧν, sensusque verborum, ὧν ἅδ' ἁ τλάμων ἄοκνος, hic sit, quorum misera illa secura, i. e. nihil horum, quae acciderunt Herculi, fore suspicans.

Praeterea duo in eo, quem adhuc tractavimus, loco vocabula reperiuntur, quae quamvis, solum sensum si spectes, nullam mendi suspicionem faciant, tamen a Sophocle non posse scripta esse, metro efficitur. Horum prius legitur in v. 845., quem vulgo sic scribi vidimus:

γνώμας μολόντ' ὀλεθρίαισι συναλλαγαῖς.

Ei respondet in antistropha hic versus:

ἰὼ κελαινὰ λόγχα προμάχου δορός.

Qui cum omni mendae suspicione liber sit numerisque elegantissimis decurrat, ex diiambo et glyconeo constans, necesse est versum strophicum corruptum iudicemus. Neque enim ferri in eo tribrachus potest, basin versus glyconei efficiens. Nam quoties hoc metri genere Sophocles usus est, usus autem saepius reperitur, quae post diiambum sequitur basis glyconei,

numquam non aut spondeo aut trochaeo constat, ita quidem, ut, quod non sine causa notari volo, spondeo saepe trochaeus in antistropha respondeat. Ita Aiac. v. 600.:

ἐγὼ δ' ὁ τλάμων παλαιὸς ἀφ' οὗ χρόνος

hic in antistropha respondet:

ὃν ἐξεπέμψω πρὶν δή ποτε θουρίῳ.

et versui 624.:

ἦ που παλαιᾷ μὲν ἔντροφος ἁμέρᾳ

oppositus hic est in antistropha:

κρείσσων γὰρ Ἅιδᾳ κεύθων ὁ νοσῶν μάταν.

Addo qui simillimo metro constat eius fabulae v. 625.:

λευκῷ δὲ γήρᾳ μάτηρ νιν ὅταν νοσοῦντα,

cui respondet v. 636.:

ὃν ἐκ πατρῴας ἥκων γενεᾶς ἄριστος.

Augetur autem, atque adeo confirmatur prorsus suspicio mea, corruptum sive potius ab interprete profectum *ὀλεθρίαισι* putantis, eo quod in hunc locum scriptum est scholio: *ὀλεθρίαις ξυναλλαγαῖς: ἢ ὀλεθρίαις καὶ ἐπιβλαβέσι φιλίαις. ἢ ἐπεὶ ἀντὶ τοῦ ἰδίου θανάτου Νέσσος ἀντήλλαξεν αὐτῇ τὸ αἷμα. ἢ ὅτι ὁ μὲν Νέσσος εἶπεν αὐτῇ πόθου καὶ διαλλαγῆς ἐργαστήριον εἶναι τὸ φάρμακον· — γέγονε δὲ ὄλεθρος Ἡρακλέους.* Nam ut raro ex scholiis in hanc fabulam scriptis aliquid auxilii ad emendandas codicum scripturas petere possis, tamen illud nemo umquam negabit, si scriptum interpres in exemplari huius fabulae, quo usus est, id quod nunc legimus, *ὀλεθρίαισι* repperisset, fieri non potuisse, ut adnotaret, quod adnotatum videmus, *ἢ ὀλεθρίαις καὶ ἐπιβλαβέσι.* Puto autem certa emendatione restitui id posse, quod positum a Sophocle erat; quem persuasum est mihi ita scripsisse:

γνώμας μολόντ' οὐλίαισι συναλλαγαῖς.

Hesychius: οὔλια· ὀλέθρια. — οὔλιμος· ὀλέθριος. — οὐλίμων· ὀλεθρίων. — οὔλιος ἀστήρ· ὀλέθριος καὶ χαλεπός. Usus autem Sophocles est adiectivo οὔλιος in Aiac. v. 933. οὐλίῳ σὺν πάθει. Eadem in fabula nuper demum intellexi idem vocabulum alio in loco restituendum esse expulsa eadem illa glossa, cui in Trachiniis veram scripturam cessisse vidimus. Scribitur nunc ex codicum auctoritate in editionibus omnibus v. 401 sqq.:

ἀλλά μ' ἁ Διὸς
ἀλκίμα θεὸς
ὀλέθριον αἰκίζει.

Quibus versibus in antistropha hi respondent.

ὦ Σκαμάνδριοι
γείτονες ῥοαί,
εὔφρονες Ἀργείοις.

At vero dactylo εὔφρονες non potest ulla ratione ὀλέθριον respondere. Itaque non dubitandum, quin scripserit poeta:

οὔλιον αἰκίζει.

Ad Trachinias ut revertar, alterum vocabulum, quod metri causa suspectum esse debere supra significavi, στένει est, recte iam ab Erfurdtio in suspicionem vocatum, qui „Magnam, inquit, difficultatem creat lectio στένει metri ratione habita, cum antistrophicus versus finiatur vocabulo νύμφαν. Id facile posset in κόραν mutari, quas voces et ipsas confuderunt librarii Antig. 1128., ubi codex Augustanus ab Hermanno collatus feliciter exhibet Κωρύκιαι κόραι. Sed obstant sequentes versiculi, iisdem prorsus numeris scripti, ut manifesta sit verbi στένει depravatio. Ac nisi στείνει rescribere velis, nullum habeo, quo locus focilletur, remedium. Verum anceps hoc est auxilii genus, siquidem formam στείνει quibus locis defendam, qui quidem indubitatae sint auctoritatis, non reperio.“ At quam vera illa sunt, quae attulit, ut στένει non esse a Sophocle scriptum ostenderet, tam certum hoc est, inauditam formam στείνει esse. Immo qui reputaverit, quo potissimum mendorum genere depravatum hoc carmen sit, facile mihi

assentietur, contendenti, *στένει* glossam esse vocabuli rarioris, cuius prima syllaba longa fuerit. Nec tamen adhuc in mentem venit eius generis vocabulum, quo usum esse poetam crederem.

Postremo in antistropha secunda unum est membrum, quod quamquam emendasse sibi una admissa mutatione visi sunt editores, tamen duobus etiamnunc mendis gravissimis laborat, quae mihi quidem certa videntur emendatione tolli posse. En ipsa verba, quemadmodum in plerisque codicibus scribuntur:

> ἔῤῥωγεν παγὰ δακρύων·
> κέχυται νόσος, ὦ πόποι, οἷον ἀναρσίων
> οὔπω ἀγακλειτὸν
> Ἡρακλέους ἐπέμολε πάθος οἰκτίσαι.

Ad ea Hermannus adnotavit: „Brunckius in vett. codd. scriptum ait, *ἀγακλειτὸν Ἡρακλέα ἀπέμολε*. At cod. Paris. et Flor. Harl. cum editt. vett. *Ἡρακλέους ἀπέμολε* praebent. In Harl. est *ἀγακλυτόν*. Editt. Turn. et Steph. *Ἡρακλέ' ἐπέμολε πάθος οἰκτίσαι*. Ita etiam Canterus, nisi quod hic *ὥςτ'* ante *οἰκτίσαι* inseruit, quem deinde alii secuti sunt. Si exstant aliqui codices, qui, ut Brunckius refert, *Ἡρακλέα* habeant, vereor ne illi aut e Triclinii recensione sint, aut hic certe alicuius grammatici emendationem praebeant." Mira sunt quae in scholiis leguntur: *ἔῤῥωγεν παγά· ἀντὶ τοῦ, πάρεστιν ἡμῖν δακρύειν, ὡς ἀπὸ πηγῆς κρουνηδόν· ἐκτέταται γὰρ τὸ κακὸν καὶ πανταχοῦ διαβήσεται ἡ κατὰ τὸν Ἡρακλέα συμφορά. — ὦ πόποι· φεῦ, φεῦ. κακόν, φησί, γέγονε τῷ Ἡρακλεῖ, οἷον οὐδὲ παρὰ τοῖς πολεμίοις ἀνοίκτιστον σιωπηθήσεται. τὸ γὰρ οὔπω ἀντὶ τοῦ οὐχί. Ἢ οὕτως· οἷον κακόν, φησίν, οὐδέποτε ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν συνέβη τῷ Ἡρακλεῖ, τοῦτο ἀπὸ τῶν ἰδίων αὐτῷ γεγένηται. — Ἀπέμολε πάθος· ἀντὶ τοῦ ἀπομόλοι· οἷον οὐδέποτε ἀπὸ τῶν πολεμίων γένοιτο.* — Apertum est, hoc dicere chorum: *diffusus est morbus, eheu, quale ne ab hostibus quidem insigne Herculis malum gemendum*

venit. Itaque servavi Ἡρακλέους, sensu, metro, antiquis libris iubentibus, sed metri indicio collocavi ante ἀγακλειτόν. Hiatus enim in hoc genere metri in longa syllaba et ante nomen proprium nihil offensionis habet; confer Epitom. doctr. metr. §. 84. Ex Triclinianis vero libris ἐπέμολε recepi. Ἀπομολεῖν ex hoc Sophoclis loco adnotatum in lexico Scapulae; recentiora ignorant. Non magis enim ἀπομολεῖν Graeci quam Latini *avenire* dixerunt. Ceterum est hic locus in iis, quos Eustathius respexit p. 806, 54. (727, 8.), cum scripsit: καὶ τὸ οἰκτίζειν δὲ, κείμενον παρὰ Σοφοκλεῖ, παθητικῶς ἡ Ἀτθὶς φράζει."

Quod primum scholia attinet, facile apparet, hic quoque composita ab iis esse, qui, cum explicare vellent, quae explicari non poterant, utpote foede corrupta, inauditas absurdasque proponerent interpretationes. Una tamen in iis est huius loci interpretatio, quam ego quidem cur ex antiqui grammatici, puta Didymi, commentario relictam censeam, ubi pristinam poetae manum restituero, nemo non sua sponte intelliget.

Ex iis autem, quae Hermannus ad hunc locum proposuit, nihil puto probari posse, nisi quod ex libris Triclinianis ἐπέμολε recepit, quod iure omnes editores asciverunt, et vocabulum ἀγακλειτόν post nomen Herculis collocavit, id quod ante eum iam Musgravius fieri voluit. Nam versus tertii scripturam, οὔπω Ἡρακλέους, totiusque huius loci interpretationem ut improbem, his causis adducor. Primum nec docuit Hermannus, nec docebit umquam ullo exemplo, Graecos Ἡρακλέους πάθος ἦλθε vel ἔμολε eo sensu dixisse, ut esset, Herculem malum invasit. Consentaneum est enim, chorum non id exclamare, gravissimum malum Herculis ad se venisse, quod ineptum foret, sed hoc, gravissimum malum Herculem invasisse. Multo vero minus isto sensu ἐπέμολε πάθος Ἡρακλέους dici potuit. Deinde nullum, quod certum sit, aut ex Aeschyli aut ex Sophoclis tragoediis adhuc allatum est exemplum, quo hiatum ferri posse efficias, qui est in verbis οὔπω Ἡρακλέους. Tertio is fuit usus significatusque adiectivi ἀγακλειτός, ut cum sub-

stantivo πάθος coniungi nullo pacto posset. Quarto cum infinitivus οἰκτίσαι ex verbo ἐπέμολεν pendere nequeat, siquidem inauditum et incredibile illud est, quod Eustathius p. 806, 54. commentus est, sed coniungi, ut nunc se locus habet, cum adiectivo ἀγακλειτόν debeat, ipsa illa locutio, quae iam efficitur, πάθος ἀγακλειτὸν οἰκτίσαι adeo insolens est et diversa ab iis locutionibus, quibus defendi posse videatur, ἡδὺ λαβεῖν et similibus, de quibus Matth. Gr. Gr. §. 535. egit, ut Sophoclem ea usum esse, nisi gemino exemplo allato, non facile cuiquam persuadeas.

Qui nulla praeoccupatus opinione hunc locum ita legat, ut diligenter et hoc secum reputet, quid chorum dicere conveniat, et illud advertat, quid dictum esse ex iis vocabulis appareat, quae non corrupta esse iure statuas, haec duo continuo pro exploratis habeat necesse est, primum vocabulum ἀγακλειτόν ad nomen hominis, qui commemoratus hoc loco sit, id est ad nomen Herculis referendum esse, deinde nomen eius, qui malo afflictus hic dicatur, casu accusativo elatum esse, apto ex verbo ἐπέμολεν. Itaque si quaeritur, utrum Ἡρακλέα an Ἡρακλέους vera scriptura sit, non potest dubitari, quin accusativus restituendus sit, quem male mutatum a plerisque librariis in genitivum Ἡρακλέους esse non mirabitur, qui meminerit, terminationes illas casuum simillimis compendiis scribi solitas esse. Nec video, quo iure is dubitare possit ex Triclinii recensione Ἡρακλέα recipere, qui ex eiusdem grammatici libro, id quod solum probari potest, ἐπέμολεν receperit. Accedit, quod pro accusativo ἀγακλειτόν, quod vocabulum cum nomine Herculis necessario iungendum est, genitivus ἀγακλειτοῦ metri causa restitui nequit.

Nihilominus vehementer falli existimo, si quis Sophoclem οὔπω Ἡρακλέα ἀγακλειτόν scripsisse putet, primum propter hiatum illum, quem ferri posse ante negavi, deinde quod minime placet adiectivum ἀγακλειτόν cum ipso Herculis nomine hoc quidem in loco compositum. Contra et optime adiectivum illud se habere et metro omni ex parte satisfieri intelliges, si hic quoque genuinum vocabulum glossa expulsum esse, poetam autem ita scripsisse statues:

οὔπω Ζηνὸς κόρον
ἀγακλειτὸν ἐπέμολεν πάθος —

collato v. 19.:

ὁ κλεινὸς ἦλθε Ζηνὸς Ἀλκμήνης τε παῖς.

v. 644.:

ὁ γὰρ Διὸς Ἀλκμήνας κόρος.

et v. 956.:

τὸν Ζηνὸς ἄλκιμον γόνον.

At quo tandem sensu, inquies, positum iam verbum *οἰκτίσαι*, post *πάθος* additum? Quod cum corruptum esse intellexissem, siquidem nullum, ex quo commode pendere possit, vocabulum appositum est, et ex Lorenzio meo, collega doctissimo dilectissimoque, quocum sermones conferre de rebus difficilioribus frequenter soleo, quaesivissem, quid tandem restituendum videretur, egregie ille poetam sic scripsisse vidit:

οὔπω Ζηνὸς κόρον
ἀγακλειτὸν ἐπέμολεν πάθος αἰκίσαι.

Patet iam aptum esse *αἰκίσαι* ex *ἐπέμολεν* coll. Matth. §. 532., totiusque loci sensum hunc esse: diffusus est morbus (per membra Herculis), eheu, malum eiusmodi, quale numquam ab hostibus invasit inclitum Iovis filium ad eum affligendum (cruciandum). De verbo *αἰκίζειν* confer quae modo praecesserunt *μελαγχαίτα τ' ἄμμιγά νιν αἰκίζει θηρὸς ὀλοφῶα κέντρ' ἐπιζέσαντα.* Genitivi *ἀναρσίων* ex verbo *ἐπέμολεν* apti satis est unum adscripsisse exemplum, quod exstat Electr. v. 908.:

καὶ νῦν θ' ὁμοίως καὶ τότ' ἐξεπίσταμαι,
μή του τόδ' ἀγλάϊσμα πλὴν κείνου μολεῖν.

Denique de sententia totius loci confer quae Hercules ipse v. 1048 sq. conqueritur:

οὔπω τοιοῦτον οὔτ' ἄκοιτις ἡ Διὸς
προὔθηκεν, οὔθ' ὁ στυγνὸς Εὐρυσθεὺς ἐμοί,

οἷον τόδ' ἡ δολῶπις Οἰνέως κόρη
καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ἐριννύων
ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον, ᾧ διόλλυμαι.

Itaque totum carmen, in quo emendando adhuc occupati fuimus, nostra quidem sententia ita scriptum a Sophocle est:

(στροφὴ ά.)

Ἴδ', οἷον, ὦ παῖδες, προςέμιξεν ἄφαρ
τοὔπος τὸ θεοπρόπον ἡμῖν
τᾶς παλαιφάτου προνοίας,
ὅ τ' ἔλακεν, ὁπότε τελεόμηνος ἐκφέροι
δωδέκατος ἄροτος, ἀναδοχὰν τελεῖν πόνων
τῷ Διὸς αὐτόπαιδι·
καὶ τάδ' ὀρθῶς
ἔμπεδα κατουρίζει.
πῶς γὰρ ἂν ὁ μὴ λεύσσων
φῶς ἔτι ποτ' ἔτι πόνων ἔχοι λατρείαν;

(ἀντιστροφὴ ά.)

εἰ γάρ σφε Κενταύρου φονίᾳ νεφέλᾳ
χρίει δολοποιὸς ἀνάγκα
πλευρὰ προςτακέντος ἰοῦ,
ὃν τέκετο θάνατος, ἔτρεφε δ' αἰόλος δράκων,
πῶς ὅδ' ἂν ἔτι φάος ἕτερον ἢ ταν̄ῦν ἴδοι,
δεινοτάτῳ μὲν ὕδρας
προςτετακὼς
νάματι, μελαγχαίτα τ'
ἄμμιγά νιν αἰκίζει
θηρὸς ὀλοφῷα κέντρ' ἐπιζέσαντα.

(στροφὴ β'.)

ὧν ἅδ' ἁ τλάμων ἄοκνος,
μεγάλαν προςορῶσα δόμοισι βλάβαν νέων
ἀϊσσόντων γάμων,
τὰ μὲν οὔτι προςέλαβεν, τὰ δ' ἀπ' ἀλλόθρου
γνώμας μολόντ' οὐλίαισι συναλλαγαῖς
ἦ που ὀλοὰ * *,
ἦ που ἀδινῶν χλωρὰν

τέγγει δακρύων ἄχναν.
ἁ δ' ἐρχομένα μοῖρα προφαίνει δολίαν
καὶ μεγάλαν ἄταν.

(ἀντιστροφὴ β'.)

ἔῤῥωγεν παγὰ δακρύων·
κέχυται νόσος, ὦ πόποι, οἷον ἀναρσίων
οὔπω Ζηνὸς κόρον
ἀγακλειτὸν ἐπέμολεν πάθος αἰκίσαι.
ἰὼ κελαινὰ λόγχα προμάχου δορός,
ἃ τότε θοὰν νύμφαν
ἄγαγες ἀπ' αἰπεινᾶς
τάνδ' Οἰχαλίας αἰχμᾷ·
ἁ δ' ἀμφίπολος Κύπρις ἄναυδος φανερὰ
τῶνδ' ἐφάνη πράκτωρ.

De v. 869.

Ξύνες δὲ
τήνδ', ὡς ἀήθης καὶ συνωφρυωμένη
χωρεῖ πρὸς ἡμᾶς γραῖα σημανοῦσά τι.

Dicit haec una ex chori personis, cum accedere iam nutricem Deianirae videt, quam gemitus edere, antequam in scenam prodiit, duae aliae, quae ante locutae sunt, chori personae audiverant. In his autem verbis facile patebit non potuisse a Sophocle scribi, quod est in libris, *ἀήθης*, quamvis nemo editorum eo in vocabulo haeserit. Neque enim alia eius adiectivi potestas fuit, quam haec, ut insolentem, insuetum significaret. Ac ne dictus quidem umquam homo est *ἀήθης*, nisi addito nomine eius rei, cuius quis insuetus dicatur, veluti apud Platon. Lachet. 194. A. *καίτοι ἀήθης γ' εἰμὶ τῶν τοιούτων λόγων.* et alibi saepe. Neque intelligas profecto, quid ad illustrandum tuendumve hunc locum conferat ille locus, quem Neuius attulit ex Eurip. Helen. 425.:

ὅταν δ' ἀνὴρ
πράξῃ κακῶς ὑψηλός, εἰς ἀηθίαν
πίπτει κακίω τοῦ πάλαι δυσδαίμονος.

Vulgari enim sensu positum ibi substantivum ἀηθία, significans insolitam conditionem, quam multo aegrius ferre is dicitur, qui de summo felicitatis fastigio deiectus sit, quam ille, qui diu rebus adversis sit usus. Item frustra quis afferat Aeschyli Suppl. 565 sqq.:

βροτοὶ δ' οἳ γᾶς τότ' ἦσαν ἔννομοι,
χλωρῷ δείματι θυμὸν
πάλλοντ', ὄψιν ἀήθη,
βοτὸν ἐςορῶντες δυςχερὲς μιξόμβροτον, τὰν μὲν βοός,
τὰν δ' αὖ γυναικός· τέρας δ' ἐθάμβουν.

Agitur enim eo in loco de prodigio insolito, ut recte et ex usu vulgari positum *ἀήθη ὄψιν* esse appareat. Contra certum est, non potuisse hoc loco nutricem Deianirae dici sive insolitam sive insuetam; falliturque ut vulgo ita hic quoque Scholiasta, cum haec adnotavit: *ἀντὶ τοῦ, τῆςδε ἄκουσον· παρὰ τὸ ἔθος γὰρ κατεστυγνακυῖα πρόςεισιν.* 'Primum enim ut significaret poeta, quod significasse Scholiastae videtur, *παρὰ τὸ ἔθος συνωφρυωμένη*, non potuit iis, quae posita sunt, verbis uti, *ὡς ἀήθης καὶ συνωφρυωμένη*, sed ita debebat loqui, *ὡς ἀήθως συνωφρυωμένη*. At ne sic quidem apte locutus esset, cum, si fuit nutrix illa Deianirae vulgo hilaris, de quo ne verbo quidem praeterea in hac fabula monitum est, certe id hoc loco commemorare, non solum inutile esset, sed etiam alienum et absurdum. Immo res ipsa totiusque huius loci ratio ostendit, pro *ἀήθης* eiusmodi vocabulum debere positum esse, quod horridum vel tetricum habitum, qualis tristium vel lugentium solet esse, significaret. Id una mutata litterula restitues, scribendo:

ξύνες δὲ
τήνδ', ὡς ἀηδὴς καὶ συνωφρυωμένη
χωρεῖ πρὸς ἡμᾶς γραῖα σημανοῦσά τι.

De usu adiectivi *ἀηδής* satis est expositum in Stephani thesauro ed. Lond.; itaque unam adscribo Hesychii adnotationem hanc: *ἀηδές· στυγνόν, λυπηρόν.* Unde apparet, Sophoclem duobus his vocabulis, *ἀηδὴς καὶ συνωφρυωμένη*, idem significasse atque Eurip. Alc. 777. his verbis:

σὺ δ' ἄνδρ' ἑταῖρον δεσποτου παρόνθ' ὁρῶν
στυγνῷ προσώπῳ καὶ συνωφρυωμένῳ
δέχει.

Adde eiusdem fab. 171 sq. *ἄκλαυτος, ἀστένακτος, οὐδὲ τοὐπιὸν κακὸν μεθίστη χρωτὸς εὐειδῆ φύσιν.*

De v. 871—899.

Continuo post ea chori verba, de quibus modo diximus, sequitur colloquium inter nutricem illam, cuius adventus modo nuntiatus est, et chorum vel potius chori personas habitum, quod mirum quantum librariorum mendis corruptum est. Eorum ut paene nullum mea quidem sententia qui adhuc huius fabulae editores exstitere sustulerunt, ita pleraque ne animadvertisse quidem videntur, ita ut a Sophocle profecta crederent, qualia mihi quidem nemo omnino Graecorum videtur scribere potuisse. Itaque non sine fructu tractasse hunc locum mihi videbor, si vel hoc unum perfecisse iudicabor, ut multos eius versus corruptos iam esse appareat, quos pro integris adhuc editores habuerunt. Nam illud profecto ne mihi quidem contigisse profiteor, quamvis plurimum operae in restituendo eo loco posuerim, ut, poeta quid scripsisset pro eo, quod male in codicibus legi intellexi, ubique eruerem. Immo in plerisque tantum versibus genuinam eius manum indagasse me puto; in ceteris, qui corrupti sunt, satis habeo illud monstrasse, cuiusmodi sententiam enuntiasse poetam e ratione totius colloquii concludi debeat. Facillimum illud postremo est docere, quas editores adhuc eius loci correctiones fecerunt, quamvis paucissimas, tamen nullo pacto probari posse. En totum locum, quemadmodum in codicibus scriptus exstat:

ΤΡΟ. ὦ παῖδες, ὡς ἄρ' ἡμὶν οὐ σμικρῶν κακῶν
ἦρξεν τὸ δῶρον Ἡρακλεῖ τὸ πόμπιμον.
ΧΟ. τί δ', ὦ γεραιά, καινοποιηθὲν λέγεις;
ΤΡΟ. βέβηκε Δῃάνειρα τὴν πανυστάτην
ὁδῶν ἁπασῶν ἐξ ἀκινήτου ποδός.
ΧΟ. οὐ δή ποτ' ὡς θανοῦσα; ΤΡΟ. πάντ' ἀκήκοας.

ΧΟ. τέθνηκεν ἡ τάλαινα; ΤΡΟ. δεύτερον κλύεις.
ΧΟ. τάλαιν᾽ ὀλεθρία, τίνι τρόπῳ θανεῖν σφε φῄς;
ΤΡΟ. σχετλιώτατα πρός γε πρᾶξιν.
ΧΟ. εἰπέ, τῷ μόρῳ, γύναι, ξυντρέχει.
ΤΡΟ. αὑτὴν διηΐστωσε.
ΧΟ. τίς θυμός, ἢ τίνες νόσοι
τάνδ᾽ αἰχμὰν βέλεος κακοῦ
ξυνεῖλε; πῶς ἐμήσατο
πρὸς θανάτῳ θάνατον
ἀνύσασα μόνα;
ΤΡΟ. στονόεντος ἐν τομᾷ σιδήρου.
ΧΟ. ἐπεῖδες, ὦ ματαία, τάνδ᾽ ὕβριν;
ΤΡΟ. ἐπεῖδον, ὡς δὴ πλησία παραστάτις.
ΧΟ. τίς ἦν; πῶς; φέρ᾽ εἰπέ.
ΤΡΟ. αὐτὴ πρὸς αὑτῆς χειροποιεῖται τάδε.
ΧΟ. τί φωνεῖς; ΤΡΟ. σαφηνῆ.
ΧΟ. ἔτεκεν, ἔτεκεν μεγάλαν
ἁ νέορτος ἅδε νύμφα
δόμοισι τοῖσδ᾽ Ἐρινύν.
ΤΡΟ. ἄγαν γε. μᾶλλον δ᾽, εἰ παροῦσα πλησία
ἔλευσσες, οἷ᾽ ἔδρασε, κάρτ᾽ ἂν ᾤκτισας.
ΧΟ. καὶ ταῦτ᾽ ἔτλη τις χεὶρ γυναικεία κτίσαι;
ΤΡΟ. δεινῶς γε. πεύσει δ᾽, ὥστε μαρτυρεῖν ἐμοί.

Quo in loco primum offendor v. 865. verbis *τάλαιν᾽ ὀλεθρία*, quae qui a Sophocle profecta esse probare voluerit, necesse est exemplis allatis doceat, primum hominem, qui rem tristem nuntiet, eam ob causam *ὀλέθριον* dictum esse, deinde eiusdem vocabuli syllabam secundam in versu trimetro sub ictu adeo positam correptam a Sophocle esse, quam constanter ab eo, quoties in trimetris eo vocabulo usus est, productam videmus, denique duobus istiusmodi adiectivis, qualia sunt *τάλαινα ὀλεθρία*, aut similibus umquam appellatum esse, qui nihil nisi rem tristem nuntiaverit. Atque hoc quidem loco etiam in solo adiectivo *τάλαινα*, ad nutricem relato, propterea aliquid offensionis est, quod versu praecedente id adiectivum modo Deianirae mortuae attributum est, ita ut nemo non auditorum, cum idem adiectivum hoc in versu efferri audiret, ad eandem

mulierem eo magis referre deberet, quo minus apparebat, quo iure nutrix eo nomine appellari posset. His causis adductus pro verbis τάλαιν' ὀλεθρία alia posuisse Sophoclem puto, quamvis quid scripserit, nondum investigando reperire potuerim.

Certioribus argumentis atque adeo certissimis evinci potest, mendosam scripturam versus sequentis esse,

σχετλιώτατα πρός γε πρᾶξιν.

Primum enim abhorret a lege trimetri iambici, quam diligentissime observavit Sophocles, anapaestus, qui est in pede secundo, τατα πρός. Deinde numquam idem poeta syllabam primam adiectivi σχέτλιος corripuit. Tertio alienissima est a sensu huius loci γὲ particula, post πρός praepositionem collocata. Postremo summa est offensio in substantivo πρᾶξιν. Id cum duo tantum significare possit, aut actionem aut condicionem, priore sensu positum hic esse propterea incredibile est, quod nutrix cum choro quaerenti, qua ratione perierit Deianira, ne verbo quidem adhuc ostenderit, sibimet ipsam mortem conscivisse Deianiram, nisi perverse locuta censeatur, nullo modo existimari potest, actionem Deianirae miserrimam fuisse (sui ipsius interfectionem) dixisse ante, quam actum esse aliquid ab ea (necem eam sibi intulisse) monstraverit. Ac debebat chorus, si ita nutrix locuta esset, necessario hoc intelligere, manum sibi intulisse Deianiram, ita ut non posset id rursus ex illa quaerere, quod quaerit, εἰπέ, τῷ μόρῳ etc. Denique, id quod gravissimum est, intolerabile additamentum foret πρὸς πρᾶξιν, isto sensu elatum. Nam cum verbum finitum, quod adsumendum ex versu praecedente est, ipsum verbum ἔθανε sit, apparet poetam, si usus verbis illis esset, quae in codicibus exstant, hoc dixisse existimandum esse: horrendam mortem obiit, quod mortem attinet. Unde illud simul sequitur, non minus falli, qui condicionis significatum habere πρᾶξιν putet. Nam vel sic ad rationem caedis referendum substantivum illud esset.

Itaque quin corruptum sit πρᾶξιν, dubitari posse nego; quid vero restituendum sit, nondum fateor me coniectura assecutum esse. Non temere tamen coniicias, eiusmodi positum fuisse substantivum, quod perceptionem sive cognitionem

significaret. Contra pro σχετλιώτατα quid poeta scripserit, repperisse mihi videor. Ut supra p. 88. ex scholiis cognitum est, quod v. 845. in codicibus scriptum exstat ὀλεθρίας glossam esse, cum ipsum illud adiectivum pro explicatione a Scholiasta usurpatum videamus, eodem modo hic σχετλιώτατα ab interprete explicationis causa superscriptum esse, ex hac efficitur Scholiastae interpretatione: σχετλιώτατα· σχετλιώτατα ἦλθε πρὸς τὴν ἀναίρεσιν· τουτέστιν, ὡς ἄν τις ἰδὼν ἢ ἀκούσας σχετλιάσειεν. Certum igitur, expellendum esse σχετλιώτατα, ut ab interprete profectum, non minus certum, ut mihi quidem videtur, restituendum esse, quod et metro et sensui egregie conveniat, aptissimeque adiectivo σχετλιώτατα illustrari potuerit:

ἄλαστα πρὸς * * *

Hesychius: ἄλαστε· σχέτλιε, ἁμαρτωλέ. — ἀλαστήσας· σχετλιάσας, δεινοπαθήσας, χαλεπήνας, ἀγανακτήσας, δυσφορήσας. Hoc igitur mea quidem sententia nutrix dixit: ita periit, ut horrendum fuerit et iis qui viderint et iis qui audiant. Id aptissime hic a nutrice dici, ex totius colloquii ratione intelligitur. Similis sententia elata in Electr. v. 761 sqq. est:

τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἐστίν, ὡς μὲν ἐν λόγοις
ἀλγεινά, τοῖς δ' ἰδοῦσιν, οἵπερ εἴδομεν,
μέγιστα πάντων ὧν ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν.

Confirmatur autem sententia mea hac Scholiastae interpretatione, ὡς ἄν τις ἰδὼν ἢ ἀκούσας σχετλιάσειεν, quam ex antiquioris grammatici commentario, Didymi, puta, haustam esse iure statuimus.

Post hanc nutricis exclamationem quae statim a choro efferuntur verba, εἰπέ, τῷ μόρῳ, γύναι, ξυντρέχει, vix possum mihi persuadere ita a Sophocle scripta esse. Primum displicet nuda appellatio γύναι, satis certe inutilis. Magis etiam displicet verbum ξυντρέχει, praesertim tempore praesente elatum. In toto enim hoc colloquio non nisi tempore praeterito utitur chorus, quoties de interitu Deianirae sciscitatur; longeque alia eorum locorum ratio est, in quibus recte

inter tempora praesentia et praeterita variatur, ut Aiac. v. 31. Deinde nullum in tragicorum fabulis reperietur exemplum, quo *μόρῳ ξυντρέχειν* eo dici sensu potuisse defendas, ut esset *μόρῳ συμπίπτειν.* Denique, ut recte dictum sit *ξυντρέχει*, quod non concedendum, tamen hoc negari nequit, non minus quam nomen *γύναι* inutile esse. Nam cum chorus ante quaesivisset, *τίνι τρόπῳ θανεῖν σφε φής*, eique ita respondisset nutrix, ut apta verba sua redderet e verbo *ἔθανεν*, a choro modo posito, quid magis consentaneum erat, quam ut chorus, cum ad ipsam eius quaestionem non ita ut voluit responsum esset, breviter diceret, *εἰπέ, τῷ μόρῳ*, suppresso verbo *ἔθανε?* Quam ob rem in eam inclino sententiam, ut ab interprete addita verba putem *γύναι, ξυντρέχει*. Cui sententiae primum inde aliquid firmamenti accedit, quod versui illi dochmiaco nihil in toto colloquio reperietur quod respondeat. Quod colloquium quamquam nunc quidem ita comparatum est, ut antistrophicum esse vix videatur, tamen ex iis locis, qui probabili correctione restitui possunt, id iam nunc merito mihi videor concludere posse, quod olim Hermannus etiam monuit, totam scenam antistrophica proportione descriptam esse. Verum ut id incertum sit, tamen eam esse naturam numeri dochmiaci inter omnes constat, ut tum tantum tragici eo usi sint, ubi oratio vehementior concitatiorque esset. Quo minus credi licet, chorum, ut efferret verba illa, ut lenissime dicam, satis inutilia, subito relicto numero iambico in versum dochmiacum erupisse.

Magis etiam mirari subit, qui factum sit, ut nemo editorum in verbis sequentibus haereret:

αὑτὴν διηΐστωσε.

Quorum verborum prius quidem nullo pacto Sophoclem ponere hic potuisse, ex eo apparet, quod *ἑαυτὸν ἀπέκτανεν* eodem modo atque latinum s e i p s u m i n t e r f e c i t ibi tantum dicitur, ubi, postquam illud cognitum iam est, eum, de quo agatur, caedem commisisse, id praeterea monemur, non aliis eum, sed sibimet ipsi necem intulisse. Atqui non illud chorus ex nutrice aut quaesiverat aut quaerere potuerat, cui necem intulisset Deianira, sed hoc unum et quaesivit et quaerere de-

buit, qua ratione illa perisset; unde certum est, *αὐτήν* scribi non potuisse. Praeterea magnae offensioni est verbum compositum *διηΐστωσε*, quod ut alibi numquam usurpatum invenitur, ita ea est huius loci ratio, ut cur addita praeter consuetudinem praepositio sit, minime intelligi queat.

Quamquam ne hic quidem pro certo pronuntiare ausim, quae pristina poetae manus fuerit, tamen hoc primum iure contendi poterit, si quis corrigendum hunc locum ita putet, ut ipsa se Deianira interfecisse dicatur, eum longe a vero abesse. Ad eam enim sententiam enuntiandam quibus necessario verbis opus esse patet, *αὐτὴ ἑαυτήν*, ea metrum huius versus respuere in oculos incurrit. Accedit, quod sic idem hic diceret nutrix, quod infra posuit, *αὐτὴ πρὸς αὑτῆς χειροποιεῖται τάδε*, et quod chorus, id si dixisset nutrix, vix quaerere ita perrexisset, ut perrexit, *θυμὸς ἢ νόσοι*; Quibus de causis ita scripsisse poetam suspicor:

ἄτη νιν ἠΐστωσε.

Quod si posuerat nutrix, commode vides chorum quaerere potuisse:

θυμὸς ἢ νόσοι;

Substantivum enim *ἄτη* in alterutram partem accipi licebat, ut aut m e n t i s e r r o r e m, veluti desperationem, aut eiusmodi malum, qualis morbus est, significaret; unde intelligitur, quod chorus quaerat, *θυμὸς ἢ νόσοι*, in hunc sensum dictum esse, u t r u m v i o l e n t a m o r t e a n m o r b o a b s u m t a e s t ?

His simul illud patefecimus, quomodo prima particula eorum verborum, quae post illam nutricis responsionem, *ἄτη νιν ἠΐστωσε*, posita in codicibus reperiuntur, emendanda nobis videatur. In codicibus enim veteribus quae sequuntur verba ita scripta sunt, uni choro assignata:

τίς θυμὸς ἢ τίνες νόσοι
τάνδ᾽ αἰχμὰν βέλεος κακοῦ
ξυνεῖλε; πῶς ἐμήσατο
πρὸς θανάτῳ θάνατον
ἀνύσασα μόνα;

Contra in libris Triclinianis praeterquam quod pro accusativo *αἰχμάν* nominativus *αἰχμά* legitur, et choro et nutrici haec assignata sunt hoc modo:

> ΧΟ. τίς θυμὸς ἢ τίνες νόσοι;
> ΤΡΟ. τάνδ' αἰχμὰ βέλεος κακοῦ
> ξυνεῖλε. ΧΟ. πῶς ἐμήσατο
> πρὸς θανάτῳ θάνατον
> ἀνύσασα μόνα;

Eam scripturam receperunt Brunckius, Musgravius, alii, sanatum ita hunc locum rati. At primum pronomina interrogativa *τίς* et *τίνες* alienissima a sensu huius loci sunt, recteque ea iam ab Erfurdtio deleta, qui in eo tantum falsus mihi videtur, quod huius interrogationis verbum finitum esse *ξυνεῖλε* putavit, cum nunc quidem dubitari nequeat quin intelligendum sit quod praecessit verbum *ἠΐστωσε*. Certissimum enim illud est, non graece, sed barbare Sophoclem scripturum fuisse, si posuisset, quod in veteribus libris legitur, probatum editoribus quibusdam recentioribus:

> τίς θυμὸς ἢ τίνες νόσοι
> τάνδ' αἰχμὰν βέλεος κακοῦ
> ξυνεῖλε;

Neque enim ulla ratione primum numerus singularis *ξυνεῖλε* poni potuit praecedente proxime numero plurali substantivi cum verbo illo iungendi *νόσοι*. Deinde cum omnia illa verba *τάνδ' αἰχμὰν βέλεος κακοῦ*, ut nunc se hic locus habet, absurda sunt, tum absurdissimum pronomen *τάνδε* est. Neque enim metuendum, ne quis poetam elegantissimum adeo fuisse perversum ineptumque existimet, ut ipsam Deianiram verbis illis significaret; quo in errore incredibili versatus est Scholiasta, a quo haec adnotata videmus: *τὰνδ' αἰχμᾶν* (sic) *βέλεος· περιφραστικῶς τὸ βέλος. βέλος δὲ εἶπεν τὴν Δηϊάνειραν, ὅτι τρόπον βέλους ἀνεῖλεν ἑαυτήν· ἢ ἥτις ὡς βέλος ἰοβόλον μέγα κακὸν προσετρίψατο τῷ Ἡρακλεῖ.* Quarum interpretationum prior eo ineptior est, cum adhuc ne cognorit quidem chorus, necem sibi intulisse Deianiram.

buit, qua ratione illa perisset; unde certum est, *αὐτήν* scribi non potuisse. Praeterea magnae offensioni est verbum compositum *διηΐστωσε*, quod ut alibi numquam usurpatum invenitur, ita ea est huius loci ratio, ut cur addita praeter consuetudinem praepositio sit, minime intelligi queat.

Quamquam ne hic quidem pro certo pronuntiare ausim, quae pristina poetae manus fuerit, tamen hoc primum iure contendi poterit, si quis corrigendum hunc locum ita putet, ut ipsa se Deianira interfecisse dicatur, eum longe a vero abesse. Ad eam enim sententiam enuntiandam quibus necessario verbis opus esse patet, *αὐτὴ ἑαυτήν*, ea metrum huius versus respuere in oculos incurrit. Accedit, quod sic idem hic diceret nutrix, quod infra posuit, *αὐτὴ πρὸς αὐτῆς χειροποιεῖται τάδε*, et quod chorus, id si dixisset nutrix, vix quaerere ita perrexisset, ut perrexit, *θυμὸς ἢ νόσοι*; Quibus de causis ita scripsisse poetam suspicor:

ἄτη νιν ἠΐστωσε.

Quod si posuerat nutrix, commode vides chorum quaerere potuisse:

θυμὸς ἢ νόσοι;

Substantivum enim *ἄτη* in alterutram partem accipi licebat, ut aut mentis errorem, veluti desperationem, aut eiusmodi malum, qualis morbus est, significaret; unde intelligitur, quod chorus quaerat, *θυμὸς ἢ νόσοι*, in hunc sensum dictum esse, utrum violenta morte an morbo absumta est?

His simul illud patefecimus, quomodo prima particula eorum verborum, quae post illam nutricis responsionem, *ἄτη νιν ἠΐστωσε*, posita in codicibus reperiuntur, emendanda nobis videatur. In codicibus enim veteribus quae sequuntur verba ita scripta sunt, uni choro assignata:

τίς θυμὸς ἢ τίνες νόσοι
τάνδ' αἰχμὰν βέλεος κακοῦ
ξυνεῖλε; πῶς ἐμήσατο
πρὸς θανάτῳ θάνατον
ἀνύσασα μόνα;

Contra in libris Triclinianis praeterquam quod pro accusativo αἰχμάν nominativus αἰχμά legitur, et choro et nutrici haec assignata sunt hoc modo:

ΧΟ. τίς θυμὸς ἢ τίνες νόσοι;
ΤΡΟ. τάνδ' αἰχμὰ βέλεος κακοῦ
ξυνεῖλε. ΧΟ. πῶς ἐμήσατο
πρὸς θανάτῳ θάνατον
ἀνύσασα μόνα;

Eam scripturam receperunt Brunckius, Musgravius, alii, sanatum ita hunc locum rati. At primum pronomina interrogativa τίς et τίνές alienissima a sensu huius loci sunt, recteque ea iam ab Erfurdtio deleta, qui in eo tantum falsus mihi videtur, quod huius interrogationis verbum finitum esse ξυνεῖλε putavit, cum nunc quidem dubitari nequeat quin intelligendum sit quod praecessit verbum ᾔστωσε. Certissimum enim illud est, non graece, sed barbare Sophoclem scripturum fuisse, si posuisset, quod in veteribus libris legitur, probatum editoribus quibusdam recentioribus:

τίς θυμὸς ἢ τίνες νόσοι
τάνδ' αἰχμὰν βέλεος κακοῦ
ξυνεῖλε;

Neque enim ulla ratione primum numerus singularis ξυνεῖλε poni potuit praecedente proxime numero plurali substantivi cum verbo illo iungendi νόσοι. Deinde cum omnia illa verba τάνδ' αἰχμὰν βέλεος κακοῦ, ut nunc se hic locus habet, absurda sunt, tum absurdissimum pronomen τάνδε est. Neque enim metuendum, ne quis poetam elegantissimum adeo fuisse perversum ineptumque existimet, ut ipsam Deianiram verbis illis significaret; quo in errore incredibili versatus est Scholiasta, a quo haec adnotata videmus: τὰνδ' αἰχμᾶν (sic) βέλεος· περιφραστικῶς τὸ βέλος. βέλος δὲ εἶπεν τὴν Δηϊάνειραν, ὅτι τρόπον βέλους ἀνεῖλεν ἑαυτήν· ἢ ἥτις ὡς βέλος ἰοβόλον μέγα κακὸν προσετρίψατο τῷ Ἡρακλεῖ. Quarum interpretationum prior eo ineptior est, cum adhuc ne cognorit quidem chorus, necem sibi intulisse Deianiram.

In Triclinii recensione quamquam hoc recte factum puto, quod, quae interposita sunt verba inter substantivum *νόσοι* et adverbium *πῶς*, nutrici attributa sunt, tamen ita, ut visum Triclinio est, loqui nutricem non potuisse manifestum est. Primum enim cum de una Deianira in toto hoc colloquio agatur, non potuit salva lege rhetorica *τάνδε* pronomen, ad ipsam illam mulierem referendum, in principio poni. Deinde permirum foret, si iam hoc loco nutrix ferro se occidisse Deianiram dixisset, cum paulo post idem verbis iis dicat, quae omni corruptelae suspicione exemta sunt, *στονόεντος ἐν τομᾷ σιδήρου*. Denique nullo dum exemplo cognitum est, quemquam tragicorum poetarumve antiquiorum *ξυναιρεῖν* ita usurpasse, ut nihil esset nisi o c c i d e r e. Postremo valde displicet *κακόν* adiectivum, si verba illa id, quod Triclinius voluit, significare putantur.

Itaque hoc quidem planum videtur factum, insigni mendo affecta verba esse, *τάνδ᾽ αἰχμὰν βέλεος κακοῦ ξυνεῖλε*; contra illud etiamnunc obscurum mihi est, quid Sophoclem pro iis scripsisse statuam. Immo ne illud quidem liquet, cuiusmodi sententia elata hic a nutrice videatur. Timide enim coniicio, hoc ab ea dictum esse, v i r g i n e m c a p t i v a m, I o l e n, a m i c a m H e r c u l i s, i n c a u s a f u i s s e, u t D e i a n i r a i n t e r i r e t, coll. v. 856 sqq. *ἰὼ κελαινὰ λόγχα προμάχου δορός, ἃ τότε θοὰν νύμφαν ἄγαγες ἀπ᾽ αἰπεινᾶς τάνδ᾽ Οἰχαλίας αἰχμᾷ*.

Item nihil habeo quod proferam, ut emendentur, quae sequuntur, chori verba:

πῶς ἐμήσατο
πρὸς θανάτῳ θάνατον
ἀνύσασα μόνα;

Corrupta autem haec esse, non solum e metris, quae nulla sunt, sed etiam e sententia intelligitur. Ita prorsus alienum, ut unum afferam, adiectivum *μόνα* est.

Contra illa menda, quibus extrema pars colloquii inde a v. 888. commaculata est, omnia si non certa, at valde probabili emendatione mihi tolli posse videntur. Ac primum quidem quod chorus quaerit v. 888.:

ἐπεῖδες, ὦ ματαία, τάνδ᾽ ὕβριν;

si quis adverterit quae statim respondeat nutrix:

ἐπεῖδον, ὡς δὴ πλησία παραστάτις.

vix poterit dubitare, quin iisdem numeris elatum esse debeat, quibus usa nutrix est, respondens, *ἐπεῖδον — παραστάτις.* Hinc chori verba sic emendanda puto:

ἐπεῖδες, ὦ ματαιέ, τήνδε τὴν ὕβριν;

Et *μάταιε* quidem pro *ματαία* reponendum esse, ante me vidit Hermannus. Constat autem, saepe Atticos eius adiectivi genere masculino pro genere feminino usos esse. Ad probandam alteram, quam ipse feci, emendationem, *τήνδε τὴν ὕβριν*, satis est adscripsisse Aiac. 738. *βραδεῖαν ἡμᾶς ἆρ' ὁ τήνδε τὴν ὁδόν.* Oed. Col. 1121. *ἐπίσταμαι γὰρ τήνδε τὴν ἐς τάσδε μοι τέρψιν.* 1128. *εἰδὼς δ' ἀμύνω τοῖσδε τοῖς λόγοις τάδε.* Philoct. 795. *ἴσον χρόνον τρέφοιτε τήνδε τὴν νόσον.* 899. *ἀλλ' ἐνθάδ' ἤδη τοῦδε τοῦ πάθους κυρῶ.*

Postquam nutrix ipsam se vidisse facinus respondit, chorus curiose rursus quaerit:

τίς ἦν; πῶς; φέρ' εἰπέ.

Quibus in verbis nemo editorum haesit; nec praeter Wakefieldium et Erfurdtium quisquam adnotandum quicquam putavit. Wakefieldius autem haec monuit: „*τίς ἦν;* qualis erat? i. e. quo animo, quo in rerum statu, quomodo affecta hoc patravit?“ Contra quae Erfurdtius: „Malim, inquit, equidem *τίς* ad *ὕβριν* referre.“ Harum interpretationum priorem, Wakefieldianam dico, nullo modo probari posse, vix opus est ut verbo doceatur. Primum enim *τίς* non potest pro *ποῖος* sive *ποία* poni; deinde vero ne potuisse quidem, etiamsi per metrum licuisset, hoc loco *ποία ἦν* dici, vel e solo, quod datur, responso nutricis apparet, *αὐτὴ πρὸς αὑτῆς χειροποιεῖται τάδε.* Itaque nihil reliquum videatur, quam ut cum Erfurdtio ceterisque interpretibus *τίς* ad *ὕβριν* referamus. At ne hoc quidem fieri posse, facile est ad intelligendum. Certum est, verbis *τήνδε τὴν ὕβριν* factum insolens, i. e. interfectionem Deianirae, significari, de quo usu substantivi

ὕβρις satis est unum attulisse locum Antig. v. 309. πρὶν ἂν ζῶντες κρεμαστοὶ τήνδε δηλώσηθ᾽ ὕβριν. Audiverat enim chorus, violenta morte sive ictu ferri (στονόεντος ἐν τομᾷ σιδήρου) interisse Deianiram. Itaque cum factum ipsum, quod significatur verbis τήνδε τὴν ὕβριν, satis iam cognosset chorus, luce clarius est, nulla ratione quaerere eum ex nutrice potuisse, τίς ἦν ὕβρις. Immo quicunque cum rei ipsius, quae narratur, rationem, tum imprimis ea, quae respondet nutrix, αὐτὴ πρὸς αὑτῆς χειροποιεῖται τάδε, diligenter consideraverit, non solum hoc mihi concedet, mendo affecta verba esse τίς ἦν πῶς, sed illud etiam facile perspiciet, qua ratione mendum illud tollendum sit. Chorus enim ubi Deianiram violenta caede exstinctam esse cognovit, postquam illud etiam e nutrice comperit, ipsam se vidisse Deianiram occidi, cum ita pergat quaerere:

τίς — — φέρ᾽, εἰπέ,

eique ita respondeat nutrix:

αὐτὴ πρὸς αὑτῆς χειροποιεῖται τάδε,

nihil profecto certius est, quam hoc unum quaerere eum hic potuisse, quis commoveri se passus esset, ut flagitanti Deianirae necem inferret. Plerumque enim qui sua sponte obibant, vel servum famulumve vel hominem fidum infigere sibi ferrum iubebant. Ita in Aiace fabula chorus postquam sua sponte obisse Aiacem a Tecmessa monitus est v. 888 sq.:

Αἴας ὅδ᾽ ἡμῖν ἀρτίως νεοσφαγὴς
κεῖται, κρυφαίῳ φασγάνῳ περιπτυχής,

curiose quaerit v. 905.:

τίνος ποτ᾽ ἆρ᾽ ἔρξε χειρὶ δύσμορος;

cui respondet Tecmessa:

αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ· δῆλον. ἐν γάρ οἱ χθονὶ
πηκτὸν τόδ᾽ ἔγχος περιπετὲς κατηγορεῖ.

In Trachiniis autem si certum est, de quo dubitari iam nequit, chorum v. 890. id ipsum, quod dixi, ex nutrice quaesivisse, continuo sequitur, non potuisse a poeta scribi, quod in codicibus legitur, τίς ἦν πῶς, sed requiri necessario pro ἦν verbum eiusmodi, quod patrandi significatum habuerit. Hinc lenissima ratione ita mihi emendanda chori verba videntur:

τίς ἦνεν; φέρ' εἰπέ.

Quod delevi πῶς, ab interprete additum puto, cui idem quod nostrae aetatis interpretibus accidit, ut veram loci rationem sententiamque non perspiceret. Τίς ἦνεν est τίς ἥνυε τὴν ὕβριν. Verbo autem ἄνω pro vulgari ἀνύω poetas tragicos nonnumquam usos esse, his probatur exemplis, Aeschyl. Choeph. 799.:

ἀνομένων πημάτων ὄρεγμα.

Eurip. Androm. 1133.:

ἀλλ' οὐδὲν ἦνεν.

Hesychius: ἦνον· ἤνυον. Atque hac ipsa in fabula Sophoclis quod vulgo scribitur v. 505.:

πάμπληκτα παγκόνιτά τ' ἐξῆλθον ἄεθλ' ἀγώνων,

corruptum esse, ita ut pro ἐξῆλθον necessario restituendum ἐξῆνον sit, pluribus demonstravi in Censura Aiac. ab Lobeck. iterum edit. p. 52 sq.

Chorus, cui incredibile visum esset, quod nutrix narravit, sua ipsius manu Deianiram sibi necem intulisse, ita illico exclamat:

τί φωνεῖς;

Cui interrogationi hoc respondisse vulgo nutrix putatur:

σαφηνῆ.

In omnibus enim codicibus editionibusque adiectivum illud σαφηνῆ assignatum nutrici est. At cum dimeter hic bacchiacus, τί φωνεῖς; σαφηνῆ, oppositus sit versui 890., τίς ἦνεν; φέρ' εἰπέ, ille autem a solo choro elatus sit, ex lege responsionis

antistrophicae a poetis tragicis diligentissime observata necessario censendus est unus chorus protulisse verba ea, quae posteriorem dimetrum bacchiacum constituunt, priori respondentem. Itaque vel hanc unam ob causam codicum scriptura ita corrigenda est, ut solius chori sit v. 892. hoc modo:

τί φωνεῖς; σαφηνῆ;

Cui correctioni tantum abest ut repugnent quae sequuntur verba, ut simulatque illa insigni quo laborant mendo liberaveris, statim tibi persuasurus sis, tantum non flagitare, ut eo quo dixi modo' v. 892. emendetur. In iis enim, quae nunc circumferuntur, editionibus pariter atque in codicibus omnibus haec continuo sequuntur verba, choro attributa:

ἔτεκεν, ἔτεκε μεγάλαν
ἁ νέορτος ἅδε νύμφα
δόμοισι τοῖσδ' ἐρινύν.

Quae verba ut nutrici non posse assignari, e v. 896 sq. elucet, ita ne a choro quidem, si dixit modo, quae dixisse eum contendo, *τί φωνεῖς; σαφηνῆ;*, pronuntiari potuisse certum est. Cui incommodo quominus ita succurrendum putes, ut vulgata revocata scriptura *σαφηνῆ* adiectivum nutrici assignes, non modo lex illa responsionis antistrophicae quam commemoravi, sed etiam verborum, quae v. 896 sqq. posita sunt, sententia impedimento est. Nam si dixisset chorus, quod dixisse nunc putatur, *ἔτεκεν, ἔτεκε μεγάλαν ἁ νέορτος ἅδε νύμφα δόμοισι τοῖσδ' ἐρινύν*, inepte nutrix haec respondisset, quae pro responsione posita nunc sunt:

ἄγαν γε. μᾶλλον δ', εἰ παροῦσα πλησία
ἔλευσσες, οἷ' ἔδρασε, κάρτ' ἂν ᾤκτισας.

Ut enim paullisper concedam, quod non concedendum est, *ἄγαν γε* recte referri posse ad verba chori, *μεγάλαν ἐρινὺν ἡ Ἰόλη τοῖς δόμοις ἔτεκεν*, tamen illud manifestum est, *ἄγαν γε* si coniungatur cum eo verbo finito, quod ad Iolen spectat, *ἔτεκε* dico, necessario in verbis continuo sequentibus, *μᾶλλον δ' εἰ παροῦσα πλησία ἔλευσσες, οἷ' ἔδρασε*, subiectum quod dicitur verbi *ἔδρασεν* eandem illam mulierem,

Iolen, esse debere. Atqui patet, non ad Iolen, sed ad Deianiram referendum id verbum esse.

Haec sola qui secum reputaverit, minime temeritatis me arguet, contendentem, non a Sophocle, sed ab histrione profecta verba illa esse, *ἔτεκεν, ἔτεκε μεγάλαν — ἐρινύν*. Quibus eiectis egregie omnia inter se concinunt. Nunc enim optime dictum *ἄγαν γε*, referendum ad id, quod quaesivit chorus, *σαφηνῆ*, usurpatumque eodem sensu, quo *ἄγαν ἀληθές* dici solitum esse constat; item optime se nunc habent verba quae sequuntur, *μᾶλλον δ᾽ εἰ παροῦσα πλησία ἔλευσσες, οἷ᾽ ἔδρασε* etc., recteque non addito nomine Deianirae *ἔδρασε* dictum est de ea ipsa muliere, ut de qua sola in praecedentibus agatur; denique nihil nunc offensionis esse patet in v. 898 sq., in quibus magnopere recentiores editores haeserunt. Leve enim, quod in priore versu residere mendum videtur, facillimo negotio tolli potest. Scribitur vulgo ex codicum auctoritate:

καὶ ταῦτ᾽ ἔτλη τις χεὶρ γυναικεία κτίσαι;

Sed alienum *τὶς* pronomen ab hoc loco esse, verissime iam Hermannus monuit. Id autem facili errore poni a librariis potuisse intelliges, si poetam scripsisse putaveris:

καὶ ταῦτ᾽ ἔτλη τοι χεὶρ γυναικεία κτίσαι;

Addo illud, non satis ea quae praecedunt intellecta ab interpretibus illis esse, quibus haec chori verba inutiliter addita videntur. Neque enim ullo praecedentium versuum id ipsum enuntiatum a choro est, quod hoc versu exclamat, incredibile esse, mulierem eo usque progressam esse, ut ipsa ferrum sibi infligeret. Cui rursus affirmat nutrix, horrendum fuisse facinus, idque ipsum testaturum chorum addit, ubi totam rem, ut acciderit, cognorit:

δεινῶς γε. πεύσει δ᾽, ὥςτε μαρτυρεῖν ἐμοί.
ἐπεὶ γὰρ etc.

His expositis magis etiam apparebit, quae hactenus de Deianirae obitu summatim dixit nutrix, talia esse, ut Iolae commemoratione apte interrumpi non potuerint. Quo minus du-

bitabitur, quin spuria sint verba illa, ἔτεκεν, ἔτεκε μεγάλαν ἁ νέορτος ἅδε νύμφα δόμοισι τοῖσδ' ἐρινύν, quibus in verbis mira etiam notanda locutio est, cuius exemplum simile apud poetas tragicos frustra quaeres, hanc dico, μεγάλην ἐρινὺν δόμῳ τίκτειν, hoc, ut apparet, sensu elatam, magnam perniciem domo parare. Scio quidem, nomine Ἐρινύς iam a poetis tragicis homines appellatos esse vel detestabiles, vel abominandos, vel perniciosos, veluti Soph. El. 1080., similiter atque Latini nomen Furiae usurparunt, nosque ipsi eodem nomine uti solemus, sed illud iure negare possum, umquam Sophoclem meram abstracti nominis perniciei vel calamitatis significationem ita vocabulo illi tribuisse, ut adiectiva adeo istiusmodi, qualia sunt μέγας, μικρός, similia, apponeret hominemque diceret τίκτειν ἐρινύν τινι.

Extrema igitur pars colloquii, de quo adhuc agimus, inde a v. 887. sic a poeta mihi videtur scripta esse:

ΧΟ. ἐπεῖδες, ὦ ματαιε, τήνδε τὴν ὕβριν;
ΤΡΟ. ἐπεῖδον, ὡς δὴ πλησία παραστάτις.
ΧΟ. τίς ἦνεν; φέρ' εἰπέ.
ΤΡΟ. αὐτὴ πρὸς αὑτῆς χειροποιεῖται τάδε.
ΧΟ. τί φωνεῖς; σαφηνῆ;
ΤΡΟ. ἄγαν γε. μᾶλλον δ', εἰ παροῦσα πλησία
ἔλευσσες, οἷ' ἔδρασε, κάρτ' ἂν ᾤκτισας.
ΧΟ. καὶ ταῦτ' ἔτλη τοι χεὶρ γυναικεία κτίσαι;
ΤΡΟ. δεινῶς γε. πεύσει δ', ὥςτε μαρτυρεῖν ἐμοί.

De v. 900 sqq.

Continuo post haec quae narrare incipit nutrix, eorum particula prima plurimis mihi laborare incommodis videtur, non a Sophocle, poeta elegantissimo, sed a librariis sine dubio profectis. Quae quamquam eiusmodi sunt, ut paucissima tantum ipse tollere possim, tamen vel sic operae pretium fecisse mihi videbor, si partim quae sana nunc visa sunt corrupta esse probavero, partim ubi verba ipsa, quibus usum poetam

putem, restituere nequeo, cuiusmodi sententiam extulisse censendus sit, planum fecero. Dico autem haec nutricis verba:

Ἐπεὶ γὰρ ἦλθε δωμάτων εἴσω μόνη,
καὶ παῖδ' ἐν αὐλαῖς εἶδε κοῖλα δέμνια
στόρνυνθ', ὅπως ἄψορρον ἀντῴη πατρί,
κρύψας ἑαυτὴν ἔνθα μή τις εἰςίδοι,
βρυχᾶτο μὲν βωμοῖσι προςπίπτουσ', ὅτι
γένοιτ' ἐρήμη, κλαῖε δ' ὀργάνων ὅτου
ψαύσειεν, οἷς ἐχρῆτο δειλαία πάρος·
ἄλλῃ δὲ κἄλλῃ δωμάτων στρωφωμένη,
εἴ του φίλων βλέψειεν οἰκετῶν δέμας,
ἔκλαιεν ἡ δύστηνος εἰςορωμένη,
αὐτὴ τὸν αὑτῆς δαίμον' ἀνακαλουμένη,
καὶ τὰς ἄπαιδας ἐς τὸ λοιπὸν οὐσίας.

Ad horum versuum secundum adnotatum a Scholiasta est: *γράφεται κοινά, ἢ τὰ τοῦ θανάτου ἢ τὰ αὑτῆς καὶ τοῦ αὐτοῦ*. Hinc Musgravius scripsit *κοινὰ δέμνια*, hac adiecta adnotatione: „Veterem hanc scripturam Scholiastae debemus. Vulgo *κοῖλα*, quod non intelligo. *Κοινά* interpretandum, quae Herculi et Deianirae communia esse solebant. Unde non mirum, si tale spectaculum lacrimarum ipsi plenum rivum eliceret. Alioqui non male legas, *εἶδεν οὖλα δέμνια*." Contra Wakefieldius: „*Κοῖλα* equidem, inquit, interpreter capacia, ob Herculei corporis magnitudinem. Hesychius: *κοίλῃσι· βαθείαις*. respiciens Hom. Il. *α*, 26. Interea si qui sint, quibus hoc epitheton, sic positum, displiceat, nos in illis nomen profitemur nostrum; ideoque conieceram legendum *κοινὰ δέμνια*. quam varietatem postea inveni a Scholiasta commemoratam." Postremo Bothius: „Nomen *κοῖλα* quid sibi velit, me non intelligere, fateor cum Musgravio; nam quod Brunckius interpretatur, lecticam, rei quidem convenit, sed *τὸ κοῖλον* non magis lecticae proprium quid significat quam currus, ut nescias, quale vehiculi genus indicetur. Variam lectionem Scholiasta commemorat *κοινά, ἢ τὰ τοῦ θανάτου ἢ τὰ αὑτῆς καὶ τοῦ αὐτοῦ*, quarum explicationum neutra ferenda est, sed scribendum *ἄκοινα δέμνια*, lectulum haud communem, haud communicandum cum Deianira,

sed seorsim Herculi sternendum, miserrimis doloribus excruciato."

Horum etsi nihil esse patet, quod probari possit, tamen haec interpretibus illis tribuenda laus est, quod silentio praeterennda non putarunt, quae legentibus non possent non molesta esse, cum contra recentiores editores securi scripturam vulgatam retinuerint, nulla eius proposita interpretatione aut defensione. Atqui pro certo poni potest, *κοῖλα* scribi a Sophocle nullo pacto potuisse, cum ea sit eius adiectivi significatio, ut lectus si dicatur *κοῖλος* non possit aliter accipi quam sic, ut sit profundus. Istiusmodi autem lectus Herculi, gravissimo morbo laboranti, minime omnium accommodatus fuisset. Item illud iure ab aliis monitum est, alienam ab hoc loco scripturam illam esse, quae a Scholiasta commemorata est, *κοινά*. Nec tamen ipse adhuc repperi, cuiusmodi adiectivum poetam substantivo *δέμνια* apposuisse credam. Atque adeo in eam inclino sententiam, ut vix ante id repertum iri putem, quam sanata erunt, quae sequuntur, verba, *ὅπως ἄψοῤῥον ἀντῴη πατρί*. In quibus verbis permirum est profecto neminem dum interpretum haesisse. Manifestum est enim, non potuisse Hyllum dici eo consilio lectum in aedibus stravisse, ut patri obviam iret. Immo in aedibus Herculis cum dicatur Hyllus lectum stravisse, nullo id alio consilio fieri potuisse liquet, quam ut Hercules, simulatque in suam ipsius domum reversus esset, miserrimo implicitus morbo, commode reponi eo in lecto posset. Accedit, quod ex iis, quae et ante narrata a poeta sunt et post exponuntur, perspicue intelligitur, Hyllum minime id egisse, ut, postquam Herculem ex Euboea in terram Trachiniam traiectum reliquit domumque praecurrit, tristissimam eius condicionem matri nuntiaturus, iterum obviam ei iret, sed domi potius mansisse reditumque Herculis exspectasse. Primum enim ipse Herculem statim adventurum esse, iam v. 803 sqq. narravit:

τοιαῦτ' ἐπισκήψαντος, ἐν μέσῳ σκάφει
θέντες σφε πρὸς γῆν τήνδ' ἐκέλσαμεν μόλις,
βρυχώμενον σπασμοῖσι. καί νιν αὐτίκα
ἢ ζῶντ' ἐσόψεσθ', ἢ τεθνηκότ' ἀρτίως.

Deinde quo tempore Deianira in eo fuit, ut necem sibi inferret, quod factum esse postea scimus, quam filium sternere lectum patri vidit, nutrix ipsa refert ad Hyllum se volasse cum eoque quamvis sero ad Deianiram accessisse, v. 927 sqq.:

κἀγὼ δρομαία βᾶσ᾽, ὅσονπερ ἔσθενον,
τῷ παιδὶ φράζω τῆς τεχνωμένης τάδε.
κἀν ᾧ τὸ κεῖσε δεῦρό τ᾽ ἐξορμώμεθα,
ὁρῶμεν αὐτὴν ἀμφιπλῆγι φασγάνῳ
πλευρὰν ὑφ᾽ ἧπαρ καὶ φρένας πεπληγμένην.
ἰδὼν δ᾽ ὁ παῖς ᾤμωξεν.

Denique cum Hercules ipse tandem affertur, v. 971 sqq., ita Hyllus et ipsum appellat et cum sene illo, qui Herculem comitatus est, colloquitur, ut non accessisse cum patre in scenam, sed reverso in scena obviam factus esse intelligatur. Ita enim exclamat v. 971 sqq.:

ὤ μοι ἐγὼ σοῦ,
πάτερ, ὤ μοι ἐγὼ σοῦ μέλεος.
τί πάθω; τί δὲ μήσομαι; οἴμοι.

Cui senex respondet:

σίγα, τέκνον, μὴ κινήσῃς
ἀγρίαν ὀδύνην πατρὸς ὠμόφρονος.
ζῇ γὰρ προπετής. ἀλλ᾽ ἴσχε δακὼν
στόμα σόν.

Ad quae exclamat rursus Hyllus:

πῶς φῄς, γέρον; ἦ ζῇ;

Itaque certa res est, mendo affecta esse verba ὅπως ἄψορρον ἀντῴη πατρί. Quod quomodo tollendum sit, quamvis nondum perspexerim, tamen illud iure coniicere mihi videor posse, talia a poeta scripta verba esse, quibus hoc significaret: in quo (lecto) Hercules redux factus reponeretur.

Ceterum illud ut intelligas, quod non videtur ab omnibus interpretibus intellectum esse, δέμνια στορνύναι nihil significare posse nisi lectum sternere, adscribo Homeri Il. ω, 643 sqq.:

ἦ ῥ', Ἀχιλεὺς δ' ἑτάροισιν ἰδὲ δμωῇσι κέλευσεν,
δέμνι' ὑπ' αἰθούσῃ θέμεναι, καὶ ῥήγεα καλὰ
πορφύρε' ἐμβαλέειν, στορέσαι τ' ἐφύπερθε τάπητας,
χλαίνας τ' ἐνθέμεναι οὔλας καθύπερθεν ἕσασθαι.
αἱ δ' ἴσαν ἐκ μεγάροιο, δάος μετὰ χερσὶν ἔχουσαι.
αἶψα δ' ἄρα στόρεσαν δοιὼ λέχε' ἐγκονέουσαι.

Porro quae nutrix v. 905 sq. ait, *κλαῖε δ' ὀργάνων ὅτου ψαύσειεν, οἷς ἐχρῆτο δειλαία πάρος*, quamquam ut adhuc praeter Musgravium nemini editorum displicuerunt, ita in posterum etiam futuros esse video, qui, cum nihil non, quod in codicibus scriptum reppererint, defendenda putent, recte dicta esse opinentur, tamen ego quidem, cum bonum poetam quid deceat considero, sana et integra esse numquam credam. Cuius rei causa haec est, quod, cum *ὄργανον* cuiusvis generis instrumentum significet, minime intelligi potest, cur lacrimasse Deianira dicatur, quoties aliquid instrumentorum, quibus antea usa sit, attigerit. Ac fallitur, quem recentiores quidam interpretes probarunt, Camerarius, qui „Flebat, inquit, Deianira, si quid attigisset, quo uti prius consuevisset, requirens pristinum usum. Intelligendae autem telae et texta, fusi, colus.“ Nam primum quo tandem iure istiusmodi instrumenta solo substantivo *ὀργάνων* significari potuerunt? Deinde quid tandem impedimento erat, quominus in posterum etiam instrumentis illis Deianira uteretur? Quam quidem quas querellas edidisse usque ad v. 911. nutrix refert, minime eo spectasse, quód ipsa iam e vita discessura esset, cum aliunde apparet, tum imprimis e v. 904 sq.:

βρυχᾶτο μὲν βωμοῖσι προςπίπτουσ', ὅτι
γένοιτ' ἐρήμη.

Immo simulatque ea fecit dixitque Deianira, ex quibus coniici posset, fore, ut ipsa finem vitae suae imponeret, continuo nutrix eius rei impediendae causa ad Hyllum filium se properasse narrat, v. 927 sqq. *κἀγὼ δρομαία βᾶσ', ὅσονπερ ἔσθενον*, etc. Itaque improbandus etiam eo quidem nomine Scholiasta est, quod lacrimasse Deianiram putat, quod relictura iam illa instrumenta esset, quamvis idem alia adnota-

verit, quae minime contemnenda sunt. Scholia autem haec ad hunc locum scripta exstant: *ὀργάνων*] *ἢ τῶν ἱστουργικῶν, ἢ τῶν ἐργαλείων, οἷς τὸν πέπλον ἔχρισεν. — κλαῖε δ' ὀργάνων ὅτου*] *καὶ εἰ ἥπτετό τινος ἐργαλείου, ὧν εἰώθει μεταχειρίζεσθαι, συνόντος αὐτῇ τοῦ Ἡρακλέους, οἷον ἱστοῦ ἤ τινος τοιούτου, ὠδύρετο, ὡς λοιπὸν καταλιμπάνουσα αὐτά· ἱστοῦ δὲ ἴσως ἐφήπτετο, διὰ τὸν κατασκευασθέντα πέπλον ἐπὶ συμφοραῖς.*

In his illud vere monitum puto, substantivo *ὀργάνων* ea significata instrumenta esse, quibus vestem illam mortiferam, quam Herculi misit, Deianira texuisset. Quod tamen cum iis verbis, quae scripta in codicibus sunt, minime significatum satis esse Musgravius intellexisset, scribendum ille coniecit: *οἷς κέκρικτο δειλαίᾳ φάρος*. Quam coniecturam quamvis probari non posse apertum sit, tamen hoc certissimum puto, eam ipsam sententiam, quam Musgravius requisivit, enuntiatam hic a poeta esse. Verum cum verba illa, quae corrigi Musgravius voluit, sanissima esse nulloque negotio ita mutari posse videantur, ut eam, quam requirimus, sententiam praebeant, equidem sic existimo, excidisse post ea verba totum versum, quo hoc poeta dixerit: vestem illam mortiferam marito texens. Cuius in versus fine si positum erat, quod poni commode potuit, substantivum *φάρος*, facillimo errore librarium patet a v. 906., cuius in fine *πάρος* positum est, statim ad v. 906. aberrare potuisse. Vides autem aptissime nunc obortas dici Deianirae lacrimas, si quando attigisset instrumenta, quibus vestem illam fecisset, recordatae, istis ipsis marito suo interitum se attulisse.

In v. 908. *εἴ του φίλων βλέψειεν οἰκετῶν δέμας* adhuc interpretes omnes substantivo *οἰκετῶν* famulos sive servos Deianirae significatos putarunt. Quam interpretationem falsam esse, non solum ex addito adiectivo *φίλων*, quod mire hoc loco servis tributum esset, sed etiam ex iis, qui sequuntur, versibus facile cognosci potest. Neque enim servi dici poterant interitu Herculis miseriore affici condicione, adeo ut eam secum reputans Deianira in novos erumperet fletus. Itaque etiamsi aliunde non constaret, *οἰκέτας* non solum servos esse dictos, sed quicumque ad familiam domumve pertinerent, veluti

uxores et liberos, tamen vel ex solo hoc loco summo iure concludi id posset. Notum est autem, cum ab aliis scriptoribus, tum imprimis ab Herodoto saepius eo nomine nunc liberos nunc uxores, nunc utrosque significatos esse. Sic Lib. VIII. c. 106. scriptum: *ἐπιγνοὺς δὲ ἔλεγε πρὸς αὐτὸν πολλοὺς καὶ φιλίους λόγους, πρῶτα μέν οἱ καταλέγων, ὅσα αὐτὸς δι᾽ ἐκεῖνον ἔχοι ἀγαθά, δεύτερα δέ οἱ ὑπισχνεύμενος ἀντὶ τούτων, ὅσα μιν ἀγαθὰ ποιήσει, ἢν κομίσας τοὺς οἰκέτας οἰκέῃ ἐκείνῃ· ὥστε ὑποδεξάμενον ἄσμενον τοὺς λόγους τὸν Πανιώνιον κομίσαι τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα.* Cfr. etiam Wesseling. ad Herodot. Lib. VIII. c. 8.

Certum est igitur, *φίλους οἰκέτας* Sophoclem hic liberos Deianirae dixisse. Quod si vidissent interpretes, melius fortasse perspexissent, quid dici a poeta duobus, qui sequuntur, versibus debuerit. Eos ita in codicibus scribi videmus:

αὐτὴ τὸν αὑτῆς δαίμον᾽ ἀνακαλουμένη,
καὶ τὰς ἄπαιδας ἐς τὸ λοιπὸν οὐσίας.

Eorum in priore nemo, quod sciam, editorum haesit. At quae sola et est et esse potest medii *ἀνακαλεῖσθαι* significatio invocandi, eam alienissimam a sententia huius loci esse apparet. Accedit, quod in ista sententia ineptissimum etiam pronomen *αὐτή* est, ipsam significans. Viderunt iam alii ante me, verbum *ἀνακαλεῖσθαι*, quo saepius usus Sophocles est, formatum ab eo potius *ἀγκαλεῖσθαι* esse. Quod moneo propterea, ut intelligas, facillime vulgatam oriri scripturam potuisse, si scriptum a poeta erat, quod scriptum esse mihi persuasum est:

αὑτῇ τὸν αὑτῆς δαίμον᾽ ἐγκαλουμένη,

hoc sensu: sibi ipsi suam ipsius sortem obiiciens, id est, semet ipsam incusans, quod ipsa vidua facta esset. Atque hac quidem sententia, quam et rei ipsi et totius loci rationi accommodatissimam esse patet, cum medium *ἐγκαλεῖσθαι* poni debuerit, nemo in ea forma haereret, etiamsi alia eius exempla non exstarent. Atqui reperitur eadem forma quamvis significatu paullulum mutato cum apud alios scriptores, tum apud Euripidem Melan. fragm. IX. ed. Dind. v. 5.:

ᾧ γὰρ θεὸς δίδωσι μὴ φῦναι τέκνα,
οὐ χρὴ 'γκαλεῖσθαι πρὸς τὸ θεῖον, ἀλλ' ἐᾶν.

Qui sequitur versus,

καὶ τὰς ἄπαιδας ἐς τὸ λοιπὸν οὐσίας,

ad eum scriptum hoc scholium exstat: ἐπεὶ μηκέτι ἔμελλεν παῖδας τίκτειν, ἤτοι σχήσειν, ὅτι τοῦ λοιποῦ οὐ γενήσονταί συνουσίαι πρὸς τὸν Ἡρακλέα εἰς παιδοποιΐαν. οὐσίας δὲ κοίτας, συνουσίας.

Ex editoribus huius fabulae tres tantum aut interpretatione illustrandum aut emendatione expediendum hunc locum putarunt, Musgravius, Erfurdtius, Hermannus. Eorum primus haec scripsit:

„Τὰς ἄπαιδας — οὐσίας]. Postremam hanc vocem malim interpretari vitam, quam ut Scholiasta, concubitum. Verum quem hic locum habet ἄπαιδας? An enim interempto Hercule Deianiram, tot liberis florentem (vid. v. 54.), omnibus continuo privari necesse erat? Legendum fortasse ἀπαυδεῖς, ab omnium colloquio seiunctas. Qui enim piaculo inquinati erant, a nemine compellari sinebat lex. Cfr. Eurip. Orest. 47. 428. Soph. Oed. R. 1458. Ἀπαυδεῖς dictum ut ἀπότιμος pro ἄτιμος Oed. R. 223. Nec suspecta esse debet terminatio; sic enim ἀναυδεῖς habet (praeter lexica) Epicrates apud Athenaeum p. 59., Nonnus Lib. III. 229. ἀναυδέες ὀπωπαί. Vel scribendum ἀμειδεῖς, quod illustrat Graevius ad Hesiod. Op. et D. 508."

Erfurdtius haec adnotavit:

„Οὐσίας interpretor rem familiarem, domum. Nolim hanc vocem cum Scholiasta concubitum, nec cum Musgravio vitam explicare. Sensum recte expressit Brunckius: dolensque sibi spem sublatam augendi Herculem prole. Inepta igitur est Musgravii adnotatio. Reiskius οὐσίας mutat in ἑστίας, focos, i. e. domos."

Denique Hermannus, postquam ut ineptam usuique repugnantem Scholiastae interpretationem reiecit, haec de hoc loco scripsit:

„Quod plerisque visum est, de adempta spe liberorum ex

Hercule procreandi haec dici, id ineptum esse, cum tot liberis floreat Deianira, recte monuit Musgravius. Nam ut ferri posset, si domum posthac prole carituram doluisse diceretur Deianira, at vocabulum οὐσίαι aperte de possessoribus cogitari iubet, ut hera vel heris destitutas dici opes exspectemus. Quod si quis Sophoclem nimio novandi studio οὐσίας ἄπαιδας facultates dixisse putabit iustis heredibus, qui sunt liberi, destitutas, qui scire potest Deianira, liberos suos ab Iolae progenie nondum nata paternis opibus privatum iri? Quae cum ita sint, vereor, ne Sophocles scripserit verbo in novum, ut solet, significatum deflexo, καὶ τὰς διπαιδας ἐς τὸ λοιπὸν οὐσίας, et duplicium liberorum in posterum futuram rem paternam, i. e. ex se et Iole susceptorum. Hanc enim, ut v. 533. dixerat, non virginem adductam esse, sed consuevisse iam cum Hercule putabat. Aliter δίπαις θρῆνος, duorum liberorum lamenta, dictum ab Aeschylo Choeph. 332. Apud Hesychium quod legitur, διπάνας, τοὺς διδύμους γεγεννημένους, fuerunt, qui διπαιδας corrigendum censerent, recte forsitan."

Quo magis cognitum exploratumque est, plurimis et gravissimis librariorum mendis Trachinias corruptas esse, eo diligentius cavendum est, ne a Sophocle profecta credamus, si quando scripta in codicibus reperimus, quae ab omni Graecorum usu abhorrent. Eius autem generis hoc loco locutio est τὰς ἄπαιδας οὐσίας. Quocumque enim significatu usurpatum hic esse substantivum οὐσίας sumpseris, alienissimum eum aut a communi Graecorum loquendi consuetudine aut a sententia huius loci esse videmus. Neque enim aut concubitum aut vitam aut domum quisquam Graecorum umquam οὐσίαν dixit, multo vero minus numero plurali οὐσίας, ita ut ii quoque interpretes improbandi sint, qui rem familiarem vel rem paternam significari eo substantivo putarunt. De una enim Herculis domo cum agatur, nulla ratione res eius familiaris dici οὐσίαι potuit. Ac nihil quidem ut dubites, quin corrupta illa verba sint, hoc maxime in causa est, quod ex iis, quae praecedunt, verbis eam efferri sententiam hic a poeta debuisse intelligimus, cui verba illa omni ex parte adversentur. Tribus enim, qui antecedunt, versibus,

ἄλλῃ δὲ κἄλλῃ δωμάτων στρωφωμένη,
εἴ του φίλων βλέψειεν οἰκετῶν δέμας,
ἔκλαιεν ἡ δύστηνος εἰσορωμένη,

quibus hoc dici a nutrice vidimus, lacrimas extortas Deianirae esse, si quem dilectissimorum liberum vidisset, cum hi duo adiecti sint:

αὐτὴ τὸν αὑτῆς δαίμον' ἐγκαλουμένη
καὶ τὰς ἄπαιδας ἐς τὸ λοιπὸν οὐσίας,

quid tandem certius esse potest, quam extremo horum versuum explicatam causam esse, cur Deianira, sicubi videret per domum oberrans aliquem liberum suorum, eo ipso aspectu in summum coniecta luctum esset? Porro cum in versu praecedente dictum esset, αὐτὴ τὸν αὑτῆς δαίμον' ἐγκαλουμένη, sibi ipsi suam ipsius sortem obiiciens, i. e. semet ipsam incusans, quod ipsa iam vidua facta esset, necessario sequitur, in extremo, de quo nunc agitur, versu miserrimae Deianirae sorti oppositam esse aeque miseram aliorum sortem, id est liberorum. Hoc igitur extra omnem dubitationem positum iam esse iudico, ea hic scripta a Sophocle verba esse, quibus hoc significaretur: et liberorum in posterum patre orbatorum sortem miserrimam. Quae tamen sententia quibus potissimum verbis elata sit, id fateor nondum mihi liquere.

Addo hoc unum, a natura honestissimae generosissimaeque mulieris, qualis descripta a poeta Deianira est, prorsus abhorrere, eo temporis momento, quo maritum, virum eximium, sua potissimum culpa interemptum audiat, omnesque eius cogitationes defixae in summa illa iactura sint, eo inquam tempore aut hoc dolere, quod iam liberorum pariendorum facultate privata sit, aut istiusmodi metu agitari, ne forte liberi sui aliquando bonis evertantur ab ea prole, quam probabile sit editum iri postmodo a muliere illa, quacum consuevisse iam Herculem aliquando suspicata erat.

De v. 941 sq.

Κλαίων, ὁθούνεκ᾽ ἐκ δυεῖν ἔσοιθ᾽ ἅμα,
πατρός τ᾽ ἐκείνης τ᾽, ὠρφανισμένος βίου.

Ita hic locus in codicibus omnibus editionibusque legitur, a nemine in corruptelae suspicionem vocatus nisi ab Wakefieldio, qui haec adnotavit:

„Dedi ex coniectura *βίον* pro *βίου*, id ut sit *κατὰ βίον*. Nec deterius esset *βίος*. Nam *ὠρφανισμένος βίου* significat vitali aura, vel victu spoliatus; quorum illud incongruum, hoc humile. Eurip. Alc. 403.:

προλιποῦσα δ᾽ ἁμὸν βίον
ὠρφάνισεν τλάμων.

Pindar. Pyth. IV, 504.:

ὀρφανίζει μὲν κακὰν
γλῶσσαν φαεννᾶς ὀπός.

Lycophron. 102.:

καὶ τὴν ἄνυμφον πόρτιν ἁρπάσας λύκος,
δυοῖν πελειαῖν ὠρφανισμένην γονῆς.

Haec igitur Wakefieldius, quae unius Erfurdtii assensum tulerunt, qui, „Proba est, inquit, haec Wakefieldii coniectura, quam vellem in textum recepissem.“ Contra qui postea exstitere editores omnes Hermanno assensi sunt, a quo haec est scripturae vulgatae proposita defensio et interpretatio:

„Wakefieldius coniecit *βίον*, quem si movit illud Euripidis in Alc. 403. *προλιποῦσα δ᾽ ἁμὸν βίον ὠρφάνισεν τλάμων*, revocare poterat, quem ipsum quoque citavit, Lycophron v. 102., eadem structura, ut hic Sophocles, scribens: *καὶ τὴν ἄνυμφον πόρτιν ἁρπάσας λύκος, δυοῖν πελειαῖν ὠρφανισμένην γονῆς.* Nam si recte se habet *βίου*, quod ita videtur, sublato, quod Brunckius post *ἐκείνης τε* posuit, commate *πατρός τ᾽ ἐκείνης τε βίου* coniungenda sunt, ut sensus quod simul a duobus patris matrisque vita

privatum iretur. Alcestidis liberos conveniebat ὠρφανισμένους βίου dici, ut tenellos, non Hyllum, qui iam virilem aetatem attigerat. Huic potius, quod parentes vita carerent, erat dolendum."

Non dicerem contra haec, quae certo scio Hermannum ipsum non iam tuiturum esse, nisi probata essent ab editoribus recentioribus omnibus, quos persuasum habeo sine dubitatione Wakefieldii coniecturam recepturos fuisse, si ille et vulgatae scripturae perversitatem magis illustrasset et locutionis eius, quam restitui iussit, rationem melius perspexisset et explicasset. Falsum est enim quod ait, ὠρφανισμένοι βίου significare ὠρφανισμένον κατὰ βίον.

Scriptura vulgata cur ferri nequeat, causa haec est. Primum ὀρφανίζεσθαι βίου, ut recte monuit Wakefieldius, non potest alio sensu dici quam hoc, ut sit aut vita privari i. e. mori, aut victu quotidiano spoliari. Posteriorem significatum alienissimum ab hoc loco esse, sua sponte quisque intelligit. Neque enim periculum erat, ne fame periret Hyllus, parentibus orbatus. Item illud certum, non potuisse Hyllum dicere, vita se privatum iri a parentibus suis. Nam etsi perisse se saepe dicunt, qui in summam calamitatem se coniectos esse significare volunt, tamen illud apparet, si quis parentum interitu iamiam futuro infelicissimum se fore doleat, id quod Hyllus nunc dolet, non posse eum sententiam illam sic efferre, ut dicat, a parentibus se vita privatum iri. Certe adeo inepte aut Sophoclem locutum esse aut ceterorum Graecorum quemquam, nullo dum exemplo cognitum est. Quae cum intellexisset Hermannus, ut vulgatam retineret scripturam, substantivo βίου non Hylli, sed parentum eius vitam significatam putavit. At ut fieri hoc posse ostenderet, ante omnia vel uno exemplo probandum erat, quod latine dicitur parentibus orbor, ita Graecos umquam dixisse, τοῦ βίου τῶν γονέων ὀρφανίζομαι, cuiusmodi locutione poetam esse usum eo incredibilius est, quo inutilius molestiusque substantivum τοῦ βίου est. Verum hoc ut alibi dici potuisse paulisper concedamus, tamen hoc quidem loco dictum non esse, luculenter apparet e verbis, quae v. 941. posita sunt, ἐκ δυοῖν. Quod nomen extremum cum ad Herculem et Deianiram referendum

sit, ita ut a duobus (est enim ἐκ δ. eodem sensu positum quo vulgo ὑπὸ δ. ponitur) orbatum se iri Hyllus dicat, ἐκ δυεῖν ἔσοιτο ὠρφανισμένος, si substantiva, quae sequuntur, πατρός τε ἐκείνης τε, non, ut res ipsa postulat, appositionem esse statuimus nominis δυεῖν, sed cum Hermanno apta esse ex substantivo βίου esse volumus, hoc iam deplorari ab Hyllo patet, simul a duobus se (a patre et a matre) vita parentum (i. e. parentibus) orbatum iri. At qui tandem, quaeso, ab iis ipsis parentibus, quos iam interituros scit, dici Hyllus potuit orbatum iri iisdem parentibus suis?

Haec qui consideraverit, eo minus dubitabit, quin verissime Wakefieldius βίον restituendum esse viderit, si et proprium verbi ὀρφανίζειν significatum et usum eius poeticum recordatus erit. Significare autem proprie ὀρφανίζω τινά constat aliquem orbum reddo, i. e. facio, ut suis, sive parentibus sive liberis, careat. Porro a poetis parentes dictos esse e vita discedentes ὀρφανίζειν τὸν τῶν παίδων βίον, ita ut esset vitam liberorum orbam reddere, id est liberos semet ipsis privare, liberos in orbitatem coniicere, apparet ex Euripidis Alcest. 397 sq. προλιποῦσα δ' (ἡ μήτηρ) ἀμὸν βίον ὠρφάνισεν τλάμων. Idem si passive efferendum erat, non potuit aliter efferri quam hoc modo, ὑπὸ τῶν γονέων ὀρφανίζομαι βίον, a parentibus in orbitatem coniicior, i. e. parentes amitto. Itaque quod scripsisse Sophoclem iam certum est:

κλαίων, ὁθούνεκ' ἐκ δυεῖν ἔσοιθ' ἅμα,
πατρός τ' ἐκείνης τ', ὠρφανισμένος βίον,

hoc significat: dolens, duobus simul, et patre et matre, morte amissis in misero orbitatis statu se versaturum esse. Comparari potest Hom. Il. χ, 490.:

ἦμαρ δ' ὀρφανικὸν παναφήλικα παῖδα τίθησιν.

Postremo tenendum est, nec demonstratum ab Hermanno esse nec demonstrari facile posse, βίον ὀρφανίζεσθαι eos tantum dictos esse, qui tenera aetate essent. Quod si verum esset, ne adiectivum quidem ὀρφανός de aliis dici potuisset quam de iis, qui tenera aetate uterentur. Quod secus esse inter omnes constat.

De v. 947 sqq.

(στροφὴ ά.)

Πότερα πρότερον ἐπιστένω;
πότερα τέλεα περαιτέρω;
δύςκριτ' ἔμοιγε δυστάνῳ.

(ἀντιστροφὴ ά.)

τάδε μὲν ἔχομεν ὁρᾶν δόμοις,
τάδε δὲ μέλλομεν ἐπ' ἐλπίσιν,
κοινὰ δ' ἔχειν τε καὶ μέλλειν.

Exclamat ita chorus, postquam Deianiram interisse, Herculem autem statim interiturum audivit. In his duo sunt, quae scripta esse a Sophocle non possunt, nomen *τέλεα* dico et verbum *μέλλομεν*. Quod prius nomen attinet, non est difficile demonstratu, probari non posse, quae propositae ab editoribus eius nominis interpretationes sunt. Musgravius haec adnotavit:

„Plutarchus *τέλεον* ut epithetum cum *κακόν* coniungit in Crasso p. 555. D.: *πάντων ὅσα συνήνεγκεν εἰς ὄλεθρον ἡ τύχη κακά — τελεώτατον γενόμενος*. Nec absurde Mudgius a *τέλος* deducit, quod Suidas per *πρᾶξιν* exponit, Etymologus per *πρᾶγμα*. Si neutrum placuerit, in promptu erit legere *μέλεα*."

In eandem coniecturam incidit Wakefieldius, probatam nemini eorum virorum, qui postea hanc fabulam ediderunt. Immo omnes tuiti vulgatam scripturam sunt, probata, ut videtur, Hermanni interpretatione, quae haec est:

„Scholiasta: *πότερα χαλεπώτερα καὶ περαιτέρω δεινότητος*. Etiam recentiores haec male intellexerunt. *Τέλεα* est *τελευταῖα*. Aeschylus Ag. 1513. *τέλεον νεαροῖς ἐπιθύσας*. Hoc dicit: utra priora gemam, utra deinceps postrema, misera nescio. Erfurdtius signum interrogandi post *περαιτέρω* posuit. Ita recta erit interrogatio, quam sequetur responsio. Sed simplicius est, continuari haec omnia, et pendere e verbo *δύςκριτα*."

At primum negari nequit, Aeschylei loci longe aliam atque huius loci rationem esse. In illo enim loco cum τέλεον nomini νεαρῶς oppositum sit, quis non assentiatur Butlero et Blomfieldio, adiectivum illud, id quod et usus flagitat et loci sententia, consummatum id est adultum interpretantibus? Inaudita igitur ratione Sophocles adiectivum τέλεα usurpasset, si significare postrema voluisset. Quod quominus eum fecisse existimemus, illud etiam impedimento est, quod primum totus versus 948. πότερα τέλεα περαιτέρω inutilis esset, si iste, quem Hermannus putat, eius sensus esset. Etenim si quis dicit, id quod chorus versu praecedente dixit, πότερα πρότερον ἐπιστένω, utra mala prius gemam, id ipsum satis iam significat, ambigere se, malorum illorum, quibus conflictetur, utrum prius, utrum posterius gemat. Ac nullus quidem ut relinquatur dubitandi locus, quin falsus sit vir summus in tractando hoc loco, facit adverbii περαιτέρω significatus ususque. Neque enim umquam περαιτέρω aut significavit aut per naturam suam significare potuit deinceps, nihil ut dicam de molesta tautologia, qua usus poeta esset, si duo istiusmodi nomina hic coniunxisset, quae postrema deinceps significarent. Immo ipse Hermannus facile nunc concedet, περαιτέρω ne hic quidem alio posse sensu positum esse, quam hoc, ut esset aut ultra aut supra id est supra modum vel supra quam fas est, decet. En locos omnes, in quibus eo comparativo poetae tragici usi sunt: Aeschyli Prom. 247.:

μή πού τι προὔβης τῶνδε καὶ περαιτέρω;

Euripid. Phoen. 1675.:

καὶ ξυνθανοῦμαί γ', ὡς μάθῃς περαιτέρω.

Androm. 270.:

ἃ δ' ἔστ' ἐχίδνης καὶ πυρὸς περαιτέρω,
οὐδεὶς γυναικὸς φάρμακ' ἐξεύρηκά πω
κακῆς.

Iphig. T. 247.:

Ἕλληνες, ἓν τοῦτ' οἶδα, κοὐ περαιτέρω.

Sophocl. Trach. 663.:

γυναῖκες, ὡς δέδοικα, μὴ περαιτέρω
πεπραγμέν' ᾖ μοι πάνθ', ὅσ' ἀρτίως ἔδρων.

Ad quem locum recte Scholiasta: μὴ περαιτέρω· ὑπὲρ τὴν συμφέρουσαν χρείαν, καὶ πλείω τοῦ δέοντος.

Itaque hic quoque περαιτέρω necessario cum aliquo eorum, quae apposita vocabula sunt, ita coniungendum, ut eius rei, quae nomine illo, ad quod referendum, significatur, modus nimius esse indicétur. Cum verbo autem ἐπιστένω cum coniungi propter loci sententiam non possit, unum, ad quod pertinere iudicemus, nomen τέλεα relinquitur. Continuo illud sequitur, hoc quidem recte vidisse Hermannum, substantivum esse τέλεα non posse. Itaque fingamus paulisper, adiectivum hic esse τέλεα. Quod si ita est, περαιτέρω τέλεα non licet per usum linguae graecae aliter explicari quam sic, ut sit supra modum perfecta, consummata. Hoc igitur chorus hoc versu diceret: utra calamitas, interitusne Deianirae an instans mors Herculis, supra modum perfecta est? Cuiusmodi sententiam ut a Sophocle elatam credant, qui nihil antiquius putant, quam codicum scripturas etiam insolentissimas defendere, ego certe ut aliter sentiam, eo adducor, quod una litterula mutata eiusmodi vocabulum restituere possumus, quod non solum sensum egregium praebeat, sed lectum etiam a Grammaticis Alexandrinis esse, e scholio ad hunc locum scripto appareat. Scripsit Sophocles, ut recte coniecit Musgravius:

πότερα μέλεα περαιτέρω;

hoc sensu: utra supra modum misera? Hesychius: μέλεον· μάταιον, ἀτυχές, ἀσύνετον, κακόν. Sophocl. Ant. 977. κατὰ δὲ τακόμενοι μέλεοι μελέαν πάθαν κλαῖον. Homines enim saepe dici μελέους, qui rebus miseris utantur, non opus est ut uno adstruamus exemplo. Scholiasta ad hunc locum: πότερα, φησί, στένω, τὰ κατὰ τὸν Ἡρακλέα, ἢ τὰ κατὰ τὴν Δηϊάνειραν; πότερα χαλεπώτερα καὶ περαιτέρω δεινότητος; δυσκατάληπτά ἐστιν, ἰσομεγέθη ὄντα.

At primum negari nequit, Aeschylei loci longe aliam atque huius loci rationem esse. In illo enim loco cum *τέλεον* nomini *νεαροῖς* oppositum sit, quis non assentiatur Butlero et Blomfieldio, adiectivum illud, id quod et usus flagitat et loci sententia, consummatum id est adultum interpretantibus? Inaudita igitur ratione Sophocles adiectivum *τέλεα* usurpasset, si significare postrema voluisset. Quod quominus eum fecisse existimemus, illud etiam impedimento est, quod primum totus versus 948. *πότερα τέλεα περαιτέρω* inutilis esset, si iste, quem Hermannus putat, eius sensus esset. Etenim si quis dicit, id quod chorus versu praecedente dixit, *πότερα πρότερον ἐπιστένω*, utra mala prius gemam, id ipsum satis iam significat, ambigere se, malorum illorum, quibus conflictetur, utrum prius, utrum posterius gemat. Ac nullus quidem ut relinquatur dubitandi locus, quin falsus sit vir summus in tractando hoc loco, facit adverbii *περαιτέρω* significatus ususque. Neque enim umquam *περαιτέρω* aut significavit aut per naturam suam significare potuit deinceps, nihil ut dicam de molesta tautologia, qua usus poeta esset, si duo istiusmodi nomina hic coniunxisset, quae postrema deinceps significarent. Immo ipse Hermannus facile nunc concedet, *περαιτέρω* ne hic quidem alio posse sensu positum esse, quam hoc, ut esset aut ultra aut supra id est supra modum vel supra quam fas est, decet. En locos omnes, in quibus eo comparativo poetae tragici usi sunt: Aeschyli Prom. 247.:

μή πού τι προὔβης τῶνδε καὶ περαιτέρω;

Euripid. Phoen. 1675.:

καὶ ξυνθανοῦμαί γ', ὡς μάθῃς περαιτέρω.

Androm. 270.:

ἃ δ' ἔστ' ἐχίδνης καὶ πυρὸς περαιτέρω,
οὐδεὶς γυναικὸς φάρμακ' ἐξεύρηκέ πω
κακῆς.

Iphig. T. 247.:

Ἕλληνες, ἓν τοῦτ' οἶδα, κοὐ περαιτέρω.

Sophocl. Trach. 663.

γυναῖκες, ὡς δέδοικα, μὴ περαιτέρω
πεπραγμέν' ᾖ μοι πάνθ', ὅσ' ἀρτίως ἔδρων.

Ad quem locum recte Scholiasta: *μὴ περαιτέρω· ὑπὲρ τὴν συμφέρουσαν χρείαν, καὶ πλείω τοῦ δέοντος.*

Itaque hic quoque *περαιτέρω* necessario cum aliquo eorum, quae apposita vocabula sunt, ita coniungendum, ut eius rei, quae nomine illo, ad quod referendum, significatur, modus nimius esse indicetur. Cum verbo autem *ἐπιστένω* cum coniungi propter loci sententiam non possit, unum, ad quod pertinere iudicemus, nomen *τέλεα* relinquitur. Continuo illud sequitur, hoc quidem recte vidisse Hermannum, substantivum esse *τέλεα* non posse. Itaque fingamus paulisper, adiectivum hic esse *τέλεα*. Quod si ita est, *περαιτέρω τέλεα* non licet per usum linguae graecae aliter explicari quam sic, ut sit supra modum perfecta, consummata. Hoc igitur chorus hoc versu diceret: utra calamitas, interitusne Deianirae an instans mors Herculis, supra modum perfecta est? Cuiusmodi sententiam ut a Sophocle elatam credant, qui nihil antiquius putant, quam codicum scripturas etiam insolentissimas defendere, ego certe ut aliter sentiam, eo adducor, quod una litterula mutata eiusmodi vocabulum restituere possumus, quod non solum sensum egregium praebeat, sed lectum etiam a Grammaticis Alexandrinis esse, e scholio ad hunc locum scripto appareat. Scripsit Sophocles, ut recte coniecit Musgravius:

πότερα μέλεα περαιτέρω;

hoc sensu: utra supra modum misera? Hesychius: *μέλεον· μάταιον, ἀτυχές, ἀσύνετον, κακόν.* Sophocl. Ant. 977. *κατὰ δὲ τακόμενοι μέλεοι μελέαν πάθαν κλαῖον.* Homines enim saepe dici *μελέους*, qui rebus miseris utantur, non opus est ut uno adstruamus exemplo. Scholiasta ad hunc locum: *πότερα, φησί, στένω, τὰ κατὰ τὸν Ἡρακλέα, ἢ τὰ κατὰ τὴν Δηϊάνειραν; πότερα χαλεπώτερα καὶ περαιτέρω δεινότητος; δυσκατάληπτά ἐστιν, ἰσομεγέθη ὄντα.*

Quae adnotatio tam bona est, ut ab indoctis illis recentioris aevi, saeculi dico septimi vel octavi post Chr. n., interpretibus profecta esse non possit. A Grammatico autem antiquiore et doctiore, Didymum dico, si scripta est, ut scripta esse existimari debet, certum illud est, non potuisse versum 948. sic explicari, *πότερα χαλεπώτερα καὶ περαιτέρω δεινότητος,* si legisset ille, quod nunc in codicibus scribitur, *πότερα τέλεα περαιτέρω.* Immo ut legisse illum pro *τέλεα* adiectivum eiusmodi, cuius is ipse significatus esset, quem *μέλεα* habet, vel inviti interpretatione eius statuere cogimur.

Tota igitur stropha prima sic scribenda et interpungenda est:

πότερα πρότερον ἐπιστένω;
πότερα μέλεα περαιτέρω;
δύςκριτ' ἔμοιγε δυστάνῳ.

hoc sensu: utra prius gemam? Utra supra modum misera? Vix possum in miseria mea discernere. Multo enim gravior animique affectui, quo chorum nunc esse convenit, accommodatior est oratio, si versus 947. et 948. directa efferri interrogatione putamus; ita ut *ἐπιστένω* coniunctivus sit deliberativus, quam si Hermannum secuti verba versuum illorum pendere e verbo *δύςκριτα* existimamus.

Progredior ad v. 951., ad quem Erfurdtius: „Legendum esse, inquit, *μελόμεν',* quae curae nobis sunt (intellige Herculis mortem), ostendit metri ratio. Possit etiam *μένομεν* scribi.“ Similiter Hermannus: „*Μέλλομεν,* inquit, quae librorum et Scholiastae lectio est, Erfurdtius ex mea emendatione, distinctis strophis (nam primi sex versus antea pro epodo habebantur), in *μελόμεν'* mutavit. Id autem non tantum metri, sed etiam sententiae causa faciendum erat. Nihil enim putidius foret, quam illud, *κοινὰ δ' ἔχειν τε καὶ μέλλειν,* si eadem praecessisset horum verborum distinctio.“

Cuius viri auctoritatem quamquam plerique, qui hanc fabulam postea ediderunt, secuti *μελόμεν'* scripserunt pro *μέλλομεν,* tamen ego quidem in ea sum sententia, ut nullo modo

ita scribi a poeta potuisse censeam. Quod ipsum quidem Hermannum pro summa sua sagacitate intellecturum fuisse persuasum habeo, si explicare verba illa, *τάδε δὲ μελόμεν' ἐπ' ἐλπίσιν*, explicationemque illustrare exemplis similibus conatus esset. Quod cum facere omiserit, ne illud quidem scimus, Erfurdtione assensus sit, quem vidimus *μελόμενα* explicare, quae curae nobis sunt. Is igitur verbum finitum huius membri, *τάδε δὲ — ἐπ' ἐλπίσιν*, idem esse atque praecedentis existimaverit necesse est, verbum dico *ἔχομεν*. Quod si intelligimus coniungimusque cum verbis *ἐπ' ἐλπίσιν*, hoc iam poeta dixisse censendus est: haec quidem habemus oculis usurpanda domi, illa vero, quae curae nobis sunt, exspectamus. In qua interpretatione, ut cetera mittam, quis est quin videat, et languere miro modo participium *μελόμενα* et molestissime repeti ex praecedente membro verbum *ἔχομεν*, cui potius oppositum iri in eo membro, quod illi opponitur, verbum diversae significationis ut auditores putarent, poetam ipsum conformatione et membri prioris et versus ultimi huius antistrophae fecisse pateat.

Non minus offensioni erit *μελόμενα*, si omissum esse verbum *ἐστί* sumseris, ita ut *μελόμενά ἐστι* dictum putes pro *μέλεται*. Primum enim inaudita haec foret forma loquendi, si verbo finito *ἔχομεν* oppositum esset participium *μελόμενα* omissa *ἐστί* copula. Deinde quid tandem significabunt verba *ἐπ' ἐλπίσιν*, quae recte hic coniungi cum *μελόμενά ἐστι* nullo equidem exemplo probari posse puto. Denique ne illud quidem negligendum, quod contra usum vulgarem dativus pronominis omissus esset.

At egregie procedet oratio nihilque non recte apteque dictum erit, si illud scriptum a poeta censueris, quod et ipsum ab Erfurdtio restitui posse monitum est:

τάδε δὲ μένομεν ἐπ' ἐλπίσιν,

id est, haec vero sollicitae exspectamus. De locutione *μένειν κακόν* satis est hoc unum attulisse exemplum ex Eurip. Med. 1396. *μένε καὶ γῆρας*. Optime porro cum verbo *μένειν* concordant verba *ἐπ' ἐλπίσιν*, ita ut *μένω κακόν τι ἐπ' ἐλπίσιν* significet, exspecto malum plenus timoris,

De quo ἀντί praepositionis usu ad Aiac. 1240 sq. diximus. Notum autem illud, saepe ἐλπίδα metum verbumque ἐλπίζω et ἔλπομαι metuere significare. Vide quae in Censura Aiac. ab Lobeck. iterum edit. p. 159 sq. exempla attulimus. Quibus, si opus esset, plurima addi ex Herodoto possent, quem adeo non raro ἐλπίζω, μή sequente coniunctivo eodem modo quo δέδοικα, μή etc. dixisse videamus. Illud vero nemo non sua sponte intelligit, facillime *ΜΕΝΘΜΕΝ* potuisse in *ΜΕΛΛΟΜΕΝ* mutari. Postremo ipsum hoc verbum μένομεν Grammaticos Alexandrinos legisse, ex hoc scholio apparet: *τάδε μὲν ἔχομεν· τὰ μὲν κατὰ τὴν Δηϊάνειραν αὐταῖς ὄψεσιν ἔξεστι θεωρεῖν ἐν τῷ οἴκῳ, τὰ δὲ κατὰ τὸν Ἡρακλέα ἐκδεχόμεθα.* Quam adnotationem multo meliorem esse vides, quam quae indoctis illis interpretibus aevi recentioris adscribi possit. Contra facile agnosces istorum inscitiam, si leges, quae statim post in scholiorum sylloge scripta sunt: *κοινὰ δ᾽ ἔχειν τε καὶ μέλλειν· κοινὰ δέ ἐστιν τὰ ἀμφοτέρων κακά· καὶ τὰ μὲν ἔχομεν, τὰ δὲ μέλλομεν.*

De v. 953—961.

Εἴθ᾽ ἀνεμόεσσά τις
γένοιτ᾽ ἔπουρος ἑστιῶτις αὔρα,
ἥτις μ᾽ ἀποικίσειεν ἐκ τόπων, ὅπως
τὸν Ζηνὸς ἄλκιμον γόνον
μὴ ταρβαλέα θάνοιμι
μοῦνον εἰσιδοῦσ᾽ ἄφαρ·
ἐπεὶ ἐν δυσαπαλλάκτοις ὀδύναις
χωρεῖν πρὸ δόμων λέγουσιν
ἄσπετόν τι θαῦμα.

Adscripsi hunc locum, non tam ut emendanda ostenderem, quae mendosa existimarem, cum unius tantum eiusque levioris mendi emendationem in promptu habeam, quam potius ut partim mendosa esse demonstrarem, quae sana vulgo editores esse

putarunt, partim recte dicta esse probarem; quae mendo affecta interpretes quidam opinati sunt. Hoc autem, quod extremum posui, quo facilius assequar, dicendum primum paucis est de sensu eorum verborum, quae initium faciunt huius strophae, non uno modo ab editoribus explanata. Musgravius enim:

„Ἔπουρος, inquit, Scholiasta interpretatur οὔριος, quae quidem notio loco optime convenit; voci num conveniat, non item constat. Contrarium suspicoris ex Clementis Alexandrini illo, μόνῳ δὲ ἄρα τῷ ἀληθείας πνεύματι ἔπουρος ἀρθείς, Paedagog. Lib. I. 7. p. 130. Ubi navita, non ventus, ἔπουρος dicitur. Sed turbant in similibus poetae. Virgilius rigui — amnes, licet proprie agri, non amnes, rigui sint. Si alias voces in ουρος desinentes conferre libuerit, vide Oed. Reg. 203., et ibi citata, Philoct. 701., Aesch. Agam. 504."

„Ibidem. ἑστιῶτις αὔρα est ventus e terrae sinu editus, quales a Theophrasto lib. de Ventis ἀπόγειαι αὖραι dicuntur. Seneca Natural. Quaest. V, 4. alias terra ipsa magnam vim aeris eiicit, et ex abdito spirat; alias immutatio ipsa halitus mixti in ventum vertitur. Meminit et Apuleius de Mundo p. 719. ed. Delph. Ἀπόγειον πνεῦμα habet etiam Aristoteles Meteor. II, 5."

Contra Erfurdtius:

„Non dubium est, inquit, quin Sophocles scripserit ἄπουρος, cum ob sequens, ἀποικίσειεν, tum ob simillimum locum Oed. R. 194., ubi legitur πάτρας ἄπουρον. Eadem de causa malim ἑστιῶτις cum Mudgio explicare: ventus a domo surgens, quam cum Brunckio: nostris adspirans aedibus. Pessime Reiskius coniecit ἑστιαιῶτις, spirans ab Histiaea, promontorio Euboeae, id est Eurus."

Aliter rursus Hermannus:

„Erfurdtius scripsit ἄπουρος, ex Oed. R. 194., ubi hae formae variant. Quod libri habent, Scholiasta οὔριος interpretatur. At ut ἄπουρος, ita etiam ἔπουρος non a vento, sed a termino dictum est. Conterminam dicit domesticam auram, i. e. quae in ipso hoc loco exorta eum auferat."

Primum illud vix opus est ut moneatur, verbis ἀνεμόεσσα αὔρα Sophoclem idem dixisse, quod uno vocabulo θύελλα vel ἀνέμοιο θύελλα Homerus significavit Il. ζ, 345. Odyss. υ. 63.

Porro certum illud est, adiectivum ἑστιῶτις necessario coniungendum cum verbo γένοιτο ita esse, ut ἑστιῶτις γένοιτο in eundem modum accipiendum sit, quo exempli gratia dictum est Oed. R. 32. ἑζόμεσθ' ἐφέστιοι et Electr. 419. εἶτα τόνδ' ἐφέστιον πῆξαι σκῆπτρον et Oed. R. 1411. θαλάσσιον ἐκρίψατε. Itaque γένοιτο ἑστιῶτις idem est atque γένοιτο ἐπὶ τῆς ἑστίας, ut Scholiasta interpretatus est, sive ἐν τῇ ἑστίᾳ. Quo cum hoc optet chorus, ut eodem, in quo sit, loco ventus oriatur, quo auferatur, facile apparet, probari eos non posse, qui ἔπουρος interpretentur contermina. Ita enim nihil vocabulo illo significaretur nisi quod satis superque adiectivo ἑστιῶτις declaratum est. Accedit, quod ἔπουρος, ut ex usu verborum ἐπουρίζω et ἐπουρῶ apparet, vix alio sensu dici potuit, quam quo dictum esse Scholiasta recte admonuit, ut οὔριος significaret. Aptissime autem chorus ventum, quo abripi se vult, secundum dicit eadem ratione, qua Hyllus matrem discedentem pessimis ominibus prosequens dixit v. 815 sq.:

ἐᾶτ' ἀφέρπειν. οὖρος ὀφθαλμῶν ἐμῶν
αὐτῇ γένοιτ' ἄπωθεν ἑρπούσῃ καλός.

Itaque verbis illis, quae hactenus explanavimus, εἴθε — ἐκ τόπων, hoc dicitur a choro: utinam procella ex hoc ipso loco orta procul hinc me auferat. Cuiusmodi sententiam nonnumquam apud poetas graecos efferri ab iis legimus, qui tolerando alicui malo impares se esse confitentur liberarique huius vitae molestiis cupiunt. Cfr. Hom. Il. ζ, 345 sqq.:

ὥς μ' ὄφελ' ἤματι τῷ, ὅτε με πρῶτον τέκε μήτηρ,
οἴχεσθαι προφέρουσα κακὴ ἀνέμοιο θύελλα
εἰς ὄρος, ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης·
ἔνθα με κῦμ' ἀπόερσε, πάρος τάδε ἔργα γενέσθαι.

Odyss. υ, 61 sqq.:

Ἄρτεμι, πότνια θεά, θύγατερ Διός, αἴθε μοι ἤδη
ἰὸν ἐνὶ στήθεσσι βαλοῦσ' ἐκ θυμὸν ἕλοιο,
αὐτίκα νῦν· ἢ ἔπειτά μ' ἀναρπάξασα θύελλα
οἴχοιτο προφέρουσα κατ' ἠερόεντα κέλευθα,
ἐν προχοῇς δὲ βάλοι ἀψορρόου Ὠκεανοῖο.
ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρας ἀνέλοντο θύελλαι.

Eurip. Ion. 796 sqq.:

ἂν ὑγρὸν ἀμπταίην αἰθέρα καὶ πρόσω
γαίας Ἑλλανίας ἀστέρας ἑσπερίους,
οἷον, οἷον ἄλγος ἔπαθον.

Soph. Ai. 1192 sq.:

ὄφελε πρότερον αἰθέρα δῦναι μέγαν
ἢ τὸν πολύκοινον Ἅιδαν
κεῖνος ἀνήρ, ὃς etc.

Adde Philoct. 1074 sqq. ed. meae secundae cum adnotatione mea.

Apparet ex his, inepte poetam locuturum fuisse, si chorum hoc dicere fecisset: utinam procella subito hinc abripiar, ne moriar hic, simulatque videro Herculem etc. Primum enim procella cum se procul auferri chorus cupit, id ipsum optare videtur, ut ex vitae huius miseriis eripiatur. Neque vero quicquam lucrabere, si statuas, hoc tantum optato illo chorum significasse, velle se in remotissima loca abigi. Nam vel sic putida cum exaggeratione chorus diceret, moriturum se esse, simulatque Herculem vidisset etc. Hanc huius loci difficultatem cum sensisset Süvernius, interpres vernaculus, p. 38. haec adnotavit:

„Der Chor kann sich nicht füglich wünschen, deswegen schnell vom Winde entführt zu werden, damit er nicht selbst vor Angst stürbe, wenn er Herakles verlassen und hülflos ankommen sähe. Dies Letzte ist matt, gegen das was der Chor davon für sich fürchtet. Aber weit stärker würde der Gedanke sein in Rücksicht auf Herakles, und nicht so übertrieben von Seiten des Chors, wenn dieser wünschte, entnommen zu werden, damit er nicht angstvoll sehen möchte den Sohn des Zeus μοῦνον θανόντα. *Ich lese daher:*

μὴ ταρβαλέα θανόντα
μοῦνον εἰςίδοιμ' ἄφαρ,

wo ταρβαλέα *zu* εἰςίδοιμι *gehört. Dieser Gedanke hat grössere Wahrheit und ist sophokleischer, als der übertriebene, welcher*

in der alten Lesart liegt. Zugleich steht der Heros θανὼν μοῦνος dem Ζηνὸς ἀλκίμῳ γόνῳ recht stark gegenüber.“

At primum multo audaciorem hanc correctionem esse patet, quam quae cuiusquam assensum ferre queat. Deinde inepte tum additum esset *ἄφαρ* adverbium, quod sic tantum recte se habet, si coniungitur cum participio *εἰςιδοῦσα*, ita ut *εἰςιδοῦσ᾽ ἄφαρ* significet, statim ubi sive simulatque videro. Denique, id quod gravissimum, e verbis, quae statim adduntur, *ἐπεὶ ἐν — θαῦμα*, satis intelligitur, chorum in praecedentibus dicere non potuisse, *ὅπως τὸν Ἡρακλέα μὴ θανόντα εἰςίδοιμι*.

Immo huius quidem loci omnis illa, de qua expositum est, difficultas recta interpretatione optime tolletur. Tenendum est enim, verbum *θανεῖν* minime proprio vulgarique moriendi significatu positum esse, sed coniunctum cum *ταρβαλέα* significare metu exanimari, *vor Angst vergehen, Todesangst ausstehen*. Sic *ἐκθανεῖν γέλωτι* dictum ab Homero Odyss. σ, 100. *ἀτὰρ μνηστῆρες ἀγαυοὶ χεῖρας ἀνασχόμενοι γέλω ἔκθανον*. et *φόβῳ ἀπόλλυσθαι* a Xenophonte Cyrop. VI, 1, 2. *ἔνθα δὴ ὁ Κῦρος γιγνώσκων, ὅτι ὁ Γαδάτας πάλαι ἀπολώλει τῷ φόβῳ, μὴ λυθείη ἡ στρατιά, ἐπιγελάσας εἶπεν*. Nec dissimilia sunt, quae leguntur apud Sophoclem ipsum Oed. Col. 529. *ὤμοι, θάνατος μὲν τάδ᾽ ἀκούειν*. et Aiac. 215. *θανάτῳ γὰρ ἴσον πάθος ἐκπεύσει*.

Illud autem est quod miremur, quod nemo dum editorum adiectivum *μοῦνον* pro corrupto habuit. De quo Hermannus: „Musgravius et Groddeckius *μοῦνον* pro adverbio habent, et coniungunt cum *εἰςιδοῦσα*, alter dumtaxat, alter dummodo interpretans. Non potuit hoc Sophocli in mentem venire, sed *μοῦνον* dicit, quod mortua est uxor. Ita enim haec procedunt: utra magis gemam, nescio. Deianira mortua est; Herculem morti proximum audimus; quem utinam effugere possim, ne mox solum superstitem videam.“

Ex his quamquam illa verissima puto, quae contra Musgravium et Groddeckium monita sunt, tamen quam ipse proposuit vir eximius interpretationem ut improbem, eo adducor,

quod primum per se incredibile est, eam chorum extulisse sententiam, ut metu se exanimatum iri diceret, si solum Herculem videret, cum res ipsa satis ostendat, moribundi potius viri illius aspectum dici debuisse summum choro terrorem iniecturum esse. Hoc ipsum autem ut dictum a choro esse statuamus, necessario cogimur iis verbis, quibus causa rursus sententiae modo elatae redditur, ἐπεὶ ἐν δυςαπαλλάκτοις ὀδύναις χωρεῖν πρὸ δόμων λέγουσιν ἄσπετόν τι θαῦμα. Denique ut nihil iam dubites, quin pro adiectivo μοῦνον eiusmodi vocabulum a poeta scriptum sit, quod significaret moribundum vel morti proximum, perficitur scholio ad hunc locum scripto, quod adeo bonum est, ut summo iure contendere possimus, aut a Didymo ipso aut ab alio Grammatico Alexandrino compositum esse:

Εἴθ' ἀνεμόεσσά τις· ἀνεμόεσσα αὖρα, περιφανὴς ἄνεμος. ἔπουρος, οὔριος. ἑστιῶτις, κατοικίδιος. Ὁ δὲ νοῦς· εἴθε, ὡς ἕστηκα, πνεύσειεν ἄνεμος οὔριος ἐπὶ τῆς οἰκίας, ἵνα με λαβὼν ταύτης ἀπαγάγοι τῆς ἑστίας καὶ ἀποχωρίζοι, ὅπως μὴ παραχρῆμα ἀποθάνω, θεασαμένη τὸν Ἡρακλέα κακῶς διακείμενον. Τοῦτο δὲ λέγει, ὡς μὴ καρτεροῦσα ἰδεῖν τὰς συμφοράς.

Illud vero aliis indagandum relinquo, quid pro *μοῦνον* a Sophocle scriptum sit, quod corruptum esse ipse ille vir celèberrimus, cuius interpretationem impugnavi, nunc mihi concessit.

Contra satis probabili ratione illud tolli posse mendum puto, quo v. 946. affectus est. In quo quod vulgo scribitur *πρὸ δόμων*, ad id Musgravius adnotavit:

„*Πρὸ δόμων* interpretatur Heathius in conspectu aedium; deinde ut viam emendationi muniat, negat chorum id ab Hyllo vel alio quopiam inaudivisse. Verum *πρό* non semper in conspectu significat, sed nonnumquam et prope, ut in exemplis allatis ad Antig. 1049. [Aliena et exempla illa ab hoc loco et Ant. v. 1085., quippe in quo ex bonis codicibus ab editoribus recentioribus omnibus *πρὸς Σάρδεων* pro vulgata scriptura *πρὸ Σάρδεων* receptum sit.] Herculem

autem non longe ab aedibus abesse, tantum non dixerat Hyllus v. 805. his verbis:

> καί νιν αὐτίκα
> ἢ ζῶντ' ἐςόψεσθ', ἢ τεθνηκότ' ἀρτίως.

Quodsi de metro solliciti sumus, omnium expeditissimum fuerit legere vocibus transpositis δόμων πρό."

Contra Hermannus:

„Brunckius, inquit, cum duobus codicibus πρὸς δόμον. Scholiasta: χωρεῖν πρὸ δόμων λέγουσιν· λέγουσί τι παμμέγεθες κακὸν πλησίον που τῆς οἰκίας χωρεῖν. Etsi fere πρὸ δόμων de iis dicitur, qui ex aedibus prodeunt, tamen nihil impedit, quin etiam de accedentibus ad domum dici possit. Maior de metro dubitatio est. Sed puto in hoc genere, quod cognatum est Glyconeo, dactyli sedem variare. Exemplum, nisi corruptum est, ex Oed. Col. 512. 523. attuli in Elem. d. m. p. 532."

Quem quo dubitantius iam olim scripturam vulgatam retinuisse vides, eo magis nunc puto assensurum mihi esse, tribus de causis mendosam eam esse contendenti. Earum prima haec est, quod non est omnium codicum scriptura πρὸ δόμων. In duobus enim Brunckii codicibus πρὸς δόμον, in alio πρὸς δόμων, in alio πρὸς δῶμα, in alio denique πρὸ δώμων legi scimus. Qui codicum dissensus eo magis suspectam reddit scripturam vulgatam, quo minus eam convenire communi Graecorum loquendi consuetudini constat. Vere enim Hermannus monuit, πρὸ δόμων χωρεῖν eos tantum dictos a Graecis esse, qui ex aedibus prodirent, veluti Antig. 526. καὶ μὴν πρὸ πυλῶν ἥδ' Ἰσμήνη. Electr. 109. τῶνδε πατρῴων πρὸ θυρῶν ἠχὼ πᾶσι προφωνεῖν. Contra hic certum est sermonem de eo esse, qui domum revertatur. Quod ne solo hoc loco contra usum vulgarem χωρεῖν πρὸ δόμων dictum putemus, eo deterremur, quod, qua scriptura linguae leges violantur, eandem metro versus antistrophici adversari videmus, et quidem eiusmodi, cuius et numeri elegantissimi et sententia aptissima sit, adeo ut in corruptelae suspicionem vocari nequeat. Respondet enim hic versus:

τί χρή, θανόντα νιν, ἢ καθ'
ὕπνον ὄντα κρῖναι;

In quo quod olim Bothio scribendum videbatur, *θάνατόν νιν* pro *θανόντα νιν*, id nullo pacto probari posse, iure me nuper per litteras admonuit Hermannus, recte negans quemquam Graecorum umquam *κατὰ θάνατον εἶναι* dixisse, ita ut esset mortuum esse. Ipsissima igitur poetae verba iudicanda sunt, quae vulgo versum antistrophicum constituunt. Quem noli existimare recte respondere versui strophico vel si retineatur scriptura vulgata *πρὸ δόμων*, collato Oed. Col. v. 512.:

ὅμως δ' ἔραμαι πυθέσθαι.

cui respondet v. 523.:

τούτων δ' αὐθαίρετον οὐδέν.

Verissime enim Hermannus ipse in novissima etiam editione Oed. Col. mendosam esse v. 523. scripturam contendit, quam sic corrigendam nunc putavit:

τούτων ἀπλάκητος οὐδέν.

Quae cum ita sint, non Sophoclis sed librarii scriptura esse *πρὸ δόμων* existimanda est, pro qua cum id, quod sensu flagitari videtur, *πρὸς δῶμα* vel *πρὸς δόμον* per metrum restitui non liceat, hanc ego poetae manum fuisse coniicio:

χωρεῖν δόμονδε λέγουσιν.

Hoc si erat a poeta scriptum, quod fuisse scriptum credo, uti illud intelligitur, facillimo errore pro *ΔΟΜΟΝΔΕ ΛΕΓΟΥΣΙΝ* scribi a librariis *ΔΟΜΟΝ ΛΕΓΟΥΣΙΝ* potuisse, ita hoc iam apparet, unde variae codicum scripturae ortae sint.

De v. 961—970.

Ἀγχοῦ δ' ἄρα κοὐ μακρὰν
προὔκλαιον, ὀξύφωνος ὡς ἀηδών.
ξένων γὰρ ἐξόμιλος ἥδε τις βάσις.
πᾷ δ' αὖ φορεῖ νιν; ὡς φίλου
προκηδομέναν βαρεῖαν
ἄψοφον φέρει βάσιν.
αἰαῖ. ὅδ' ἀναύδατος φέρεται.
τί χρή, θανόντα νιν, ἢ καθ'
ὕπνον ὄντα κρῖναι;

Est hic quem adscripsi locus in iis, in quibus satis me fecisse putabo, si mendosa esse lectoribus persuasero, quae vulgo incorrupta existimata sunt. Quod si assecutus ero, aliis fortasse aliquando continget, ut etiam sine meliorum codicum auxilio, quae pristina poetae manus fuerit, eruant. Mihi enim id indagare nondum licuit, qui hoc unum intellexisse mihi videor, cuiusmodi sententiam in iis, quae corrupta iudico, enuntiatam a poeta esse credibile sit.

Nihil offensionis puto esse in tribus, qui in initio positi sunt antistrophae, versibus, ἀγχοῦ δ' ἄρα — ἥδε τις βάσις, quorum sensum hunc esse patet: *propinqua autem, non remota flebam*, id est, *propinquus autem, non remotus est, de quo flebam, Hercules; ecce enim hospitum insuetum gressum.* At haec simulatque enuntiavit chorus, nullo pacto quaerere potuit, quo tandem portarent hospites, quos accedere dixit, Herculem aegrotantem, quem certum sit non potuisse alium in locum quam ad suam ipsius domum afferri, sed necessario oratione affirmativa utens apportari iam Herculem dicere debuit. Itaque hoc primum manifestum est, πᾷ adverbium, quod in codicibus omnibus legitur, a Sophocle scriptum esse non posse. Item alienam ab hoc loco αὖ particulam esse, et per se quisque intelligit et ab Hermanno iam olim monitum est. Quam quominus ab interprete additam opinemur, hoc impedimento est, quod nulla excogitari ratio potest, qua ductus quisquam adiiciendam putarit.

Nihil igitur dubitandum, quin pro ea quoque particula aliud quid a poeta scriptum sit. Denique insolentissime dictum φορεῖ est omisso nomine eius, a quo gestatum Herculem existimemus; neutrum enim eorum, quae praecedunt, substantivorum, ξένοι et βάσις, pro subiecto esse potest; posterius propter significatum quo dictum est gressus, prius propter numerum pluralem, quo elatum est. Denique magnopere haerendum est in eo, quod, quae sequuntur verba, ὡς φίλον — φέρει βάσιν, nullo vinculo adnexa praecedentibus sunt.

Haec omnia si diligenter consideraveris, non poteris dubitare, quin miro modo depravata hic poetae manus sit. Eam quomodo restituam, quamvis, ut paulo ante dixi, adhuc ignorem, tamen hoc satis certum puto, eorum, quae scripserit poeta a v. 964. usque ad v. 967., verborum sententiam fere hanc fuisse: ecce enim, peregrinorum turba Herculem huc apportat, ut pro amico sollicita, tardo gressu absque strepitu incedens.

Ceterum non possum quin apponam, quae Süvernius, interpres vernaculus, de hoc loco disputavit, neglecta, ut videtur, ab omnibus editoribus; qui quamquam eam proposuit correctionem, cui Graecorum loquendi consuetudo adversatur, tamen cur mendosus hic locus existimari debeat, maximam partem recte mihi videtur exposuisse:

„*Wenn in diesem Verse auch ξένων βάσις, wie ich zweifle, gut, oder wenigstens sophokleisch gesagt werden könnte für ξένοι βαίνοντες, so lässt doch die Verbindung mit dem Folgenden hier einen Fehler vermuthen. Denn das Femininum προκηδομένα* [in plerisque codd. προκηδομέναν scribitur] *zeigt an, wenn es auch nicht schon die logische Consequenz thäte, dass bei φέρει nicht mit dem Scholiasten verstanden werden müsse ὅμιλος, sondern aus dem Vorigen βάσις. Aber was wird denn das heissen: βάσις ξένων — φέρει βάσιν? wird Sophokles so reden? Ὅμιλος ξένων φέρει βάσιν wäre gut, und weil man sich diess immer dunkel dachte, so fühlte man die Schwierigkeit nicht. Aber diess verbietet das Femininum προκηδομένα und die ganze Construction. Ohne Zweifel liegt in βάσις der Fehler. Ich schlage vor, an*

dessen Stelle zu lesen στάσις, welches Gelehrtere in dieser Bedeutung vielleicht mit mehrern Stellen bestätigen können, als der einzigen, welche ich gegenwärtig aufweisen kann, Aeschyl. Ag. 1109., *wo auch Schütz στάσις von einem Haufen, Chore, versteht. — Dann aber liegt noch immer eine Schwierigkeit in πᾷ δ' αὖ φορεῖ νιν; nemlich wenn der Chor schon weiss, dass der Haufe der Fremden Herakles trägt, wie kann er denn noch fragen, wohin? denn es versteht sich ja, nach der Wohnung der Deianira, vor welcher die Scene ist. Aber der Chor erblickt jene Fremden, er muthmasst zuerst nur, dass sie Herakles tragen, schliesst es dann stufenweise aus ihren leisen Schritten, dann auf einmal sieht er ihn ohne Bewegung und stumm liegen, weiss noch nicht, ob er todt ist oder schläft, bricht nun in den starken Ausruf aus, αἰαῖ, ὅδ' ἀναύδατος φέρεται. Vielleicht ist daher statt des Fragezeichens hinter νιν ein Kolon zu setzen, das Punctum hinter στάσις ganz auszulöschen und die ganze Stelle so zu lesen: ξένων γὰρ ἐξόμιλος ἥδε τις στάσις τᾷδ' ἂν φορεῖ νιν. Danach habe ich übersetzt."*

De v. 993—1004.

Ὦ Κηναία κρηπὶς βωμῶν
ἱερῶν, οἵαν ἀνθ' οἵων
θυμάτων ἐπί μοι
μελέῳ χάριν ἠνύσω, ω Ζεῦ.
οἵαν μ' ἄρ' ἔθου λώβαν, οἵαν,
ἣν μήποτ' ἐγὼ προσιδεῖν ὁ τάλας
ὤφελον ὄσσοις, τόδ' ἀκήλητον
μανίας ἄνθος καταδερχθῆναι.
τίς γὰρ ἀοιδός, τίς ὁ χειροτέχνης
ἰατορίας, ὃς τήνδ' ἄτην
χωρὶς Ζηνὸς κατακηλήσει;
θαῦμ' ἂν πόῤῥωθεν ἰδοίμην.

Ita hic locus in codicibus omnibus scriptis reperitur. Cuius duo quidem menda egregie sublata ab Hermanno puto. Verum

praeterea quae ad hunc locum adnotavit vir eximius, quamquam multorum hominum doctorum assensum tulerunt, tamen ego quidem probare non possum. Contra quae ante mihi dicendum videtur, quam de ceteris, quibus laborare hunc locum arbitror, librariorum mendis exponam. Adnotavit autem haec Hermannus:

„Libri ὦ Κηναία κρηπὶς βωμῶν ἱερῶν, οἵαν ἀνθ' οἵων θυμάτων ἐπί μοι μελέῳ χάριν ἠνύσω, nisi quod Tricliniani νῦν post οἵαν inserunt. Brunckius θυμάτων mutavit in θυσιῶν, vocem metro quam rei accommodatiorem et pro ἠνύσω, ut quod contra indolem linguae dictum sit, scripsit ἤνυσας. Scholiastae: ὦ Κηναία κρηπίς· κρηπὶς τὸ ἔδαφος. περιφραστικῶς δὲ ἀντὶ τοῦ ὦ Κήναιον. μέμφεται δὲ τῷ τόπῳ, ὅτι οὐκ ἐπὶ αἰσίοις αὐτῷ γέγονε τὰ ἐκεῖ θύματα. οἵαν οὖν, φησί, χάριν ἀπὸ τῶν θυμάτων διεπράξω. Apparet, Scholiastam ἠνύσω tueri. [Non dixerim hoc apparere; certe is tantum videri potest ἠνύσω legisse, qui extremam scholii particulam scripsit, hanc dico, οἵαν οὖν — διεπράξω.] Heindorfius ad Platon. Phaedon. p. 62. reprehendit Brunckium ut immemorem eorum, quae de verbo ἀνύσασθαι scripsisset ad Eurip. Bacch. 131., conferrique iubet Valcken. ad Adoniaz. 16. At tantum abest, ut istorum ille immemor fuerit, ut propter ea ipsa scripserit ἤνυσας. Nam si sensus est, quam mihi pro tantis sacris gratiam rettulisti, debuit ita scribi. Itaque ostendere potius debebat Heindorfius, recte hic ἠνύσω dictum esse. Est autem recte dictum; nam semet ipsum Hercules intelligens dicit, o in Cenaeo exstructae arae, quam pro tantis sacris estis in me misero gratiam consecutae; i. e. o magnifica in Cenaeo sacra, quam nacta estis remunerationem mea miseria. Ceterum librorum scripturam corruptam esse vix dubitari potest. Tantam enim haec speciem anapaestorum habent, ut non videantur aliis, iisque ex parte valde insolentibus numeris interrumpi potuisse. Nemo haesit in verbis βωμῶν ἱερῶν: nam Bothii saevitiam quis numeret? At ut casu factum sit, tragici ut nusquam, quod meminerim, βωμοὺς dicant ἱερούς, hic etiam positura verborum alia est, quam debebat. Sic enim dicendum erat: ὦ Κηναία κρηπὶς ἱερῶν βωμῶν. Quare ego quidem post βωμῶν interpungendum, ἱερῶν autem cum οἵων coniungendum putavi, de-

letis ἀνθ' et θυμάτων, quorum ἀντί non videtur Scholiasta habuisse, θυμάτων autem interpretatio est vocabuli ἱερῶν, ut apud Scholiastam secundum Aeschyli ad Spt. c. Theb. 183. Eadem ratio corrigendi etiam Seidlero in mentem venit. Tum libri ὦ Ζεῦ sequentibus iungunt. Süvernius haec verba in medio posita putat, et ἔθου ad κρηπίς refert. At additum ἄρα iudicium facit non ita continuatae orationis."

Ex his primum illud verissimum puto, quod totum hunc, de quo agimus, locum numeris anapaesticis scriptum esse monuit. Unde sequitur continuo, dubitari non posse, quin iure idem et ἀντί praepositionem et substantivum θυμάτων ab interprete addita esse iudicarit. Scripsit igitur interpunxitque hunc locum ita:

ὦ Κηναία κρηπὶς βωμῶν,
ἱερῶν οἵαν οἵων ἐπί μοι
μελέῳ χάριν ἠνύσω. ὦ Ζεῦ·

In qua scriptura hoc primum mihi displicet, quod quae arctissime iungenda sunt verba ἱερῶν οἵων contra consuetudinem et praeter omnem necessitatem seiuncta sunt interposito pronomine οἵαν. Itaque necessario transponenda pronomina illa esse scribendumque sic puto:

ἱερῶν οἵων οἵαν ἐπί μοι.

Deinde minime probo, quod revocavit vir celeberrimus scripturam vulgatam ἠνύσω, pro qua cum Brunckio scribendum ἤνυσας esse, certissimis argumentis ostendi posse iudico.

Ac primum quidem facit usus constantissimus verbi medii ἀνύεσθαι, de quo ne Hermannus quidem dubitavit, ut ἱερῶν μεγίστων χάριν μεγίστην ἀνύομαι hoc significet, paro mihi sive consequor gratiam amplissimam pro sacris amplissimis. Porro manifestum est, verbo ἠνύσω aut promontorium Cenaeum sive aras in eo exstructas, aut Iovem, cuius nomen statim post id verbum positum est, appellatum existimari debere. Atqui neque promontorium illud sive arae in eo exstructae, neque Iupiter deus ullo pacto dici poterat amplissimam gratiam consecutus esse pro sacris amplissimis, si-

quidem, qui dicatur eam consecutus esse, necesse est ipse sacra illa fecerit, pro quibus gratiam amplissimam consecutus dicatur. Ut igitur illud luce clarius est, Iovem non posse verbo illo appellatum esse, ita ne promontorium quidem Cenaeum sive aras in eo exstructas intelligi posse, vel e solo substantivo *χάριν* luculenter apparet, quo substantivo certum sit per ironiam summum malum, id est exitiosum morbum significatum esse. Atqui quo Hercules affectus est morbo exitioso, eum patet neque promontorium Cenaeum neque aras in eo exstructas dici potuisse sibi parasse. Denique intolerabilia essent verba *ἐπί μοι μελέῳ*, si medium *ἠνύσω* positum esset. Quis enim umquam Graecorum dixit, *ἀνύομαι χάριν μεγίστην ἱερῶν μεγίστων ἐπί τινι*?

Contra et sententiam accommodatissimam extulisse et verbis aptissimis usus esse Sophocles intelligetur, si lenissima mutatione cum Brunckio *ἤνυσας* pro *ἠνύσω* scripseris. Nunc enim id dicit Hercules, quod solum dici convenit, qualem gratiam pro qualibus sacris mihi rettulisti, Iupiter! id est, quantum mali redditum mihi pro sacris amplissimis tibi oblatis! Verbo enim *ἤνυσας* neque promontorium Cenaeum neque aras illic exstructas appellari, sed deum illum, qui statim post id verbum invocatur, Iovem dico, cum res ipsa ostendit, tum magis etiam apparebit, ubi de versibus sequentibus exponemus.

Ac recte nunc dictum *ἐπί μοι μελέῳ*, certe non contra leges grammaticas. Nam cum id, quod gratiae loco redditum dicitur, non bonum, sed malum fuerit, ita ut is, a quo fingitur datum, non amicus, sed adversarius fuisse videatur, pro simplici *ἀνύειν τινί* recte dici *ἀνύειν ἐπί τινι* potuit, similiter atque *κακὰ μήδεσθαι ἐπί τινι* pro vulgari *κακὰ μήδεσθαί τινι* dictum a Sophocle est Philoct. 1139. *ὅσ' ἐφ' ἡμῖν κάκ' ἐμήσατο.* De locutione autem illa, *ἀνύειν τί τινι*, alicui aliquid praestare, cfr. Soph. Philoct. 712.:

> *πλὴν ἐξ ὠκυβόλων εἴποτε τόξων*
> *πτανοῖς ἰοῖς ἀνύσειε γαστρὶ φορβάν.*

et v. 1145.:

κεῖνος δ' εἰς ἀπὸ πολλῶν
ταχθεὶς τῶνδ' ἐφημοσύνᾳ
κοινὰν ἤνυσεν εἰς φίλους ἀρωγάν.

Postremo eo minus quisquam dubitabit quin ἤνυσας pro vulgato ἠνύσω restituendum sit, cum et hiatus ille, ἠνύσω, ὦ Ζεῦ, inauditus sit, et terminationes σας et σω simillimis compendiis scribi esse solitas constet. Accedit, quod in codice optimo, Laurentiano primo, scriptum est, ἠνύσωζεῦ, posito super syllaba tertia ὦ vocativo.

Post verba illa, quae hactenus tractavimus, haec sequuntur:

οἵαν μ' ἄρ' ἔθου λώβαν, οἵαν,
ἣν μήποτ' ἐγὼ προςιδεῖν ὁ τάλας
ὤφελον ὄσσοις, τόδ' ἀκήλητον
μανίας ἄνθος καταδερχθῆναι.

Ex his primum maximae offensioni mihi haec esse videntur, ἣν μήποτ' ἐγὼ προςιδεῖν ὁ τάλας ὤφελον ὄσσοις. Certum est enim, ἣν pronomen relativum ad λώβαν substantivum spectare, quo substantivo cum significetur morbus funestus, quo correptus Hercules erat, hoc dici vides membro illo relativo: quem morbum utinam numquam miser ego oculis meis vidissem. Cuiusmodi optatum duabus de causis ineptum est. Primum nemo umquam, qui summis corporis doloribus crucietur, ita de iis conquereretur, ut dicat: utinam numquam oculis vidissem morbum. Neque enim aspectus morbi aut membrorum aegrotantium malum summum est, quod quis abominetur, sed dolores, qui sentiuntur, non cernuntur, ex ipso morbo orti. Certe homo ille esset ineptissimus et maxime ridendus, qui insanabili morbo implicitus hoc maxime doleret, quod membrorum formositatem exstinctam videret. Deinde vero quis tandem eo temporis momento, quo coeperit morbo exitioso cruciari, hoc poterit optare tempore praeterito utens: utinam numquam vidissem oculis morbum. Nam ut is, qui recreatus erit morbo, in quem aliquando inciderit, recte optet, ut numquam eo affectus fuerit, tamen qui videt membra divelli morbo sentitque dolores, ut sentiebat Hercules, dum haec dicebat, is profecto hoc unum precari potest: utinam ne videam haec mala!

Sufficient haec, ut lectores intelligant, ea una ratione haec verba scribi a Sophocle potuisse, si et referantur ad substantivum *κρηπίς* et statim post versum primum huius loci collocentur. Nisi enim transponuntur, *ἥν* pronomen relativum non ad substantivum *κρηπίς*, sed necessario ad *λώβαν* referri debet. Transpositis autem in eum quem dico locum his verbis egregia existit sententia haec: Utinam numquam miser ego te oculis vidissem, promontorium Cenaeum, fundamentum altarium, quae exstruxi. In quibus quae tibi obtuli sacra amplissima, qualem, Iuppiter, pro iis gratiam mihi rettulisti, quali me labe affecisti!

Nunc demum videbis commode ab Hercule promontorium ipsum appellatum esse, cum addita sint verba illa, quibus, quod adierit locum illum, deplorat. Ea enim si non essent addita, eo maiori offensioni esset appellatio illa, *ὦ Κηναία κρηπὶς βωμῶν*, quo certius est, quae sequuntur verba, *ἱερῶν οἵων οἵαν ἐπί μοι μελέῳ χάριν ἤνυσας*, ad solum Iovem commode referri posse. Fallitur autem Hermannus, cum *ἄρα* particulam impedimento esse ait, quominus coniungenda haec membra, *ἱερῶν οἵων οἵαν ἐπί μοι μελέῳ χάριν ἤνυσας* et *οἵαν μ' ἄρ' ἔθου λώβαν, οἵαν*, et ad unum idemque substantivum et *ἤνυσας* et *ἔθου* spectare credamus. Primum enim illud exploratum est, saepissime in eiusdem generis locis post pronomina vel particulas interrogativas *ἄρα* adiici. Cfr. huius fab. v. 874. *ὦ παῖδες, ὡς ἄρ' ἡμὶν οὐ σμικρῶν κακῶν ἦρξεν τὸ δῶρον.* El. 1185. *ὡς οὐκ ἄρ' ᾔδη τῶν ἐμῶν κακῶν.* Ant. 1178. *ὦ μάντι, τοὔπος ὡς ἄρ' ὀρθὸν ἤνυσας.* Ai. 367. *οἴμοι γέλωτος, οἷον ὑβρίσθην ἄρα.* 909. *ὤμοι ἐμᾶς ἄτας, οἷος ἄρ' αἱμάχθης.* Deinde quod per se patet, ubi duo coniungantur membra interrogativa, iure particulam illam in membro demum posteriore poni posse, id factum esse, apparet ex Soph. Phil. 690.:

τόδε δ' αὖ θαῦμά μ' ἔχει,
πῶς ποτε, πῶς ποτ' ἀμφιπλήκτων
ῥοθίων μόνος κλύων,
πῶς ἄρα πανδάκρυτον οὕτω βιοτὰν κατέσχεν.

At quo tandem sensu, inquies, addita nunc verba illa censenda sunt, *τόδ' ἀκήλητον μανίας ἄνθος καταδερχθῆναι?* Quae quidem si diligentius considerassent editores, facile omnes inepta esse vidissent, etiamsi quae praecedunt verba loco non moveantur. Unus autem qui vidit Hermannus, eam huic loco medelam adhibuit, quam uti nemo recentiorum editorum recepit, ita ne ego quidem probari posse indico. Scripsit enim *καταδερχθείς* pro *καταδερχθῆναι*, et haec adnotavit:

„Erfurdtius ex mea emendatione dedit *καταδερχθείς*. Recepit Groddeckius. Vulgatam defendenti Seidlero in lib. de vss. dochm. p. 352. accedit Passovius. At defendi illa nequit. Ineptus aliquis metricus, ut solent isti, ex paroemiaco versum fecit acatalectum, non cogitans, orationem ex ea mutatione prodire non modo Sophocli, sed nulli omnino homini Graeco ignoscendam."

Dolendum est, hic quoque virum eruditissimum omisisse interpretationem addere receptae a se correctionis. Quam si addere conatus esset, sine dubio ipse vidisset, non commodiorem huius quam scripturae vulgatae sententiam esse. Nam si aoristi participium *καταδερχθείς* in eum quem convenit significatum acceperis, verbis illis, quae coniunxisse nunc poeta putatur, *ἥν μήποτ' ἐγὼ προςιδεῖν ὁ τάλας ὤφελον ὄσσοις, τόδ' ἀκ. μανίας ἄνθος καταδερχθείς,* hoc dici patet: q u a m c a l a m i t a t e m u t i n a m n u m q u a m m i s e r e g o o c u l i s v i d i s s e m, p o s t q u a m i n s a n a b i l e m h u n c m o r b u m v i d i. At cum verbis his, *τόδ' ἀκήλητον μανίας ἄνθος,* ea ipsa res significetur, quae indicata est *ἥν* pronomine relativo, ad *λώβαν* referendo, m o r b u s H e r c u l i s e x i t i o s u s, inepte vides Herculem optare, u t n e v i d e r i t u m q u a m m o r b u m i n s a n a b i l e m, p o s t q u a m v i d e r i t. Neque vero quicquam lucraberis, si istud aoristi participium significatum habere temporis praesentis putes. Nam vel sic inepte Hercules exclamasse hoc censendus est, v i d i s s e s e m o r b u m i n s a n a b i l e m, d u m v i d e r i t. Accedit, quod incredibile, quemquam librariorum pro *καταδερχθείς* scripturum *καταδερχθῆναι* fuisse. Nam cur tandem versum paroemiacum, si positus a poeta esset, offensioni librariis fuisse statuas?

Qui postea vulgatam huius loci scripturam defendere conatus est Matthiaeus, probatus G. Dindorfio, non minus a vero aberrasse facile intelligetur. Scripsit ille haec:

„Cum dixisset, ἣν λώβαν μήποτ' ἐγὼ προςιδεῖν ὤφελον, non satis habens, aerumnam suam tam lenibus verbis declarasse, et indignitatem rei augens, quasi explicandi causa addit, τόδ' ἀκήλητον μανίας ἄνθος, καταδερχθῆναι. Ad quae nemo offendisset, si additum esset καὶ τόδ' etc. Sed post generalem rei expositionem ea, quibus res accuratius declaratur, sine copula subiiciunt Graeci. Vide ad Eurip. Hec. v. 777. p. 88."

Ad Euripidis Hecubam, ut ipse videas cuius generis sint, idem haec adnotavit:

„Post generalem rei expositionem ea, quibus res accuratius explicatur, sine copula subiiciunt Graeci. Plato Phaedon. p. 68. E. τί δέ, οἱ κόσμιοι αὐτῶν οὐ ταὐτὸν τοῦτο πεπόνθασιν, ἀκολασίᾳ τινὶ σώφρονές εἰσιν; Cfr. p. 78. E. Gorg. p. 450. A. B. 465. D. 479. B. C. Cfr. Heindorf. ad Phaedon. p. 57. et p. 79. §. 50. Protag. §. 42. Gramm. gr. scholarum usibus accommodatam §. 630. 3. etiam non praegressis ποιεῖν aut πάσχειν vel τόδε, τάδε, Sophocl. Ai. 839 sq. καί σφας κακοὺς κάκιστα καὶ πανωλέθρους ξυναρπάσειαν, ὥςπερ εἰςορῶσ' ἐμὲ αὐτοσφαγῆ πίπτοντα, τὼς αὐτοσφαγεῖς πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο. ubi verba ὥςπερ εἰςορῶσ' ἐμέ etc. accuratius explicandis iis, quae praecesserunt, inserviunt."

Primum quem ex Soph. Ai. attulit locum, eum non esse a Sophocle scriptum, planum feci in Censura Aiac. ab Lobeck. iterum edit. p. 165 sqq. Quo in libro quae exposui de illo loco, ex iis simul hoc apparet, vehementer illius loci rationem ab hoc loco differre. Item certum est, exempla e Platone allata longe alius generis esse. Nam illis quid tandem aliud probatur, quam id, quod nemini umquam mirum videri potest, saepenumero nulla interiecta aut copula aut particula explicativa totum membrum addi, quo pronomen aliquod vel adverbium, quod praecesserit, accuratius explicetur? A cuiusmodi exemplis mirum quantum hic locus differt. Hic enim verbum

adeo finitum, quod in membro primario est positum, repetitum in eo membro, quod putatur explicativum, καταδερχθῆναι dico, quod quamvis forma, nihil tamen significatu a verbo προσιδεῖν discrepat. Id autem neque in exemplis illis, quibus hunc locum defendi Matthiaeus putavit, neque omnino aut a Sophocle aut ab ullo poeta bono in eiusdem generis locis umquam factum videbis. Verum non verbum tantum καταδερχθῆναι inutilissimum est et molestissimum, sed cetera etiam quae addita sunt vocabula, τόδ' ἀκήλητον μανίας ἄνθος. Quibus si explicaretur pronomen aliquod demonstrativum in praecedentibus positum, aliquid certe similitudinis inter hunc locum et exempla illa a Matthiaeo allata intercederet; at cum referenda sint vocabula illa ad ἥν pronomen relativum, eo inutiliora esse apparet, quo magis, eo ipso pronomine quid significetur, substantivo illo, quod praecedit, λώβαν, ad quod refertur, declaratum iam est. Atque ut ibi, ubi multum refert, quae dixeris, accuratissime explanare, non sis reprehendendus, si unam eandemque rem pluribus deinceps nominibus illustraris, tamen hoc quidem loco ut non erat metuendum, ne cuiquam auditorum obscurum esset, quid λώβη significaret, ita alienum a persona Herculis erat, summis vexati doloribus, ea hic vocabula, quorum nulla vis esset, praeter necessitatem cumulare.

Itaque totum hoc membrum, τόδ' ἀκήλητον μανίας ἄνθος, additum ab interprete vel potius histrione illo indico, a quo plurimis hanc fabulam versibus interpolatam esse infra videbimus. Ab eodem adiecta etiam quae v. 1003. scripta exstant verba χωρὶς Ζηνός puto, quae, cum in toto hoc loco ad Iovem oratio conversa sit, a Sophocle proficisci non potuerunt. Mea igitur sententia vss. 994—1004. a poeta ita scripti sunt:

ὦ Κηναία κρηπὶς βωμῶν,
ἣν μήποτ' ἐγὼ προσιδεῖν ὁ τάλας
ὤφελον ὄσσοις,
ἱερῶν οἵων οἵαν ἐπί μοι
μελέῳ χάριν ἤνυσας, ὦ Ζεῦ·
οἵαν μ' ἄρ' ἔθου λώβαν, οἵαν.
τίς γὰρ ἀοιδός, τίς ὁ χειροτέχνης
ἰατορίας,

ὅς τήνδ' ἄτην κατακηλήσει;
θαῦμ' ἂν πόῤῥωθεν ἰδοίμην.

Addo id unum ad commendandam coniecturam meam, aptissime nunc duobus systematis summae aequalitatis hunc locum constare.

De v. 1010 sqq.

Ἤπταί μου, τοτοτοῖ. ἥδ' αὖθ' ἕρπει. πόθεν ἔστ', ὦ
πάντων Ἑλλάνων ἀδικώτατοι ἀνέρες, οὓς δὴ
πολλὰ μὲν ἐν πόντῳ, κατά τε δρία πάντα καθαίρων
ὠλεκόμαν ὁ τάλας; καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι
οὐ πῦρ, οὐκ ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἀποτρέψει;
ἒ ἔ,
οὐδ' ἀπαράξαι κρᾶτα βίου θέλει
μολὼν τοῦ στυγεροῦ; φεῦ, φεῦ.

Ad horum versuum secundum hoc scholium scriptum exstat: *πόθεν ἔστ' ὦ πάντων Ἑλλάνων· οὐ πρὸς τοὺς φέροντας φησίν, ἀλλὰ καθόλου πρὸς πάντας τοὺς εὐεργετηθέντας πρώην ὑπ' αὐτοῦ· ποῦ, φησίν, ἄρα ἐστέ, ὦ πάντων Ἑλλήνων ἀδικώτατοι, τουτέστιν, ἀχαριστότατοι, οὓς ἐγὼ πῇ μὲν κατὰ θάλατταν, πῇ δὲ ἐν γῇ ἔσωζον, πάντα τόπον καθαίρων, ὑπὲρ σωτηρίας ἐκείνων ἐγγὺς θανάτου ἐγενόμην. Τὴν δὲ ἐκ τόπου σχέσιν εἶπεν ἀντὶ τῆς ἐν τόπῳ, ὡς σχεδόθεν δέ οἱ ἦλθεν Ἀθήνη· ἀντὶ τοῦ σχεδόν.*

Contra quae ab Hermanno haec monita sunt:

„Facilior foret constructio, si *οἷς* pro *οὓς* legeretur. Sed maluit insolentius dicere *οὓς καθαίρων*, verbo utens magis ad proxime praecedens *δρία* accommodato, ut infra v. 1050. dicit *γαῖαν καθαίρων*. *Πόθεν* non magis, quam alia similia, pro *ποῦ* dictum, sed semper Graeci, cum permutare talia videntur, aut attractione utuntur (vid. Electr. 137. et Seidlerus ad Iphig. T. 113.) aut aliam habent idoneam rationem. Homeri illud, *σχεδόθεν δέ οἱ ἦλθεν Ἀθήνη*, proprie est, non longe

ab eo constitit Minerva. Hic cum dictum est πόθεν ἔστε, sic est intelligendum, unde mihi auxilio adestis? quia nullo ex loco quisquam adest."

At quam vere Hermannus negavit, πόθεν pro ποῦ dictum credi posse, tam certum est, si quis quaerat, πόθεν ἔστε, unde estis, woher seid ihr, necessario adesse eos ipsos statui debere, qui appellentur. Nam si non adsunt, quos adesse cupimus, manifestum est, sic quaeri oportere, ποῦ ἔστε, ubi estis. Unde sequitur, quod scriptum a Sophocle hoc loco est, πόθεν ἔστε, si sana scriptura est, ut est sanissima, sic accipiendum esse, ut appellari hospites illos sive peregrinos credamus, quibus stipatus Hercules in scenam prodiit, coll. v. 964. ξένων γὰρ ἐξόμιλος ἥδε τις βάσις. Quam interpretationem et ceteris verbis et totius loci sententiae optime convenire, planum faciam, simulatque quod in v. 1011. residet mendum librariorum sustulero. Mendosum enim nomen Ἑλλάνων esse, Musgravius iam olim recte suspicatus est, quamvis, quod restituendum in eius locum coniecit, a poëta scribi non potuisse appareat. Adnotavit ille haec:

„Πάντων Ἑλλάνων ἀδικώτατοι ἀνέρες. Graecorum omnium iniustissimi deberent esse pars aliqua Graecorum, quos Hercules prae ceteris notandos censuit, ut beneficiorum immemores. An ergo unam tantum gentem, unum inter Graecos populum beneficiis obstrinxerat, quem omnis antiquitas ut universi generis humani sospitatorem depraedicat? Immo ipse hic Hercules ea facinora commemorat, quorum utilitas ad universum genus pertinebat:

πολλὰ μὲν ἐν πόντῳ, κατά τε δρία πάντα καθαίρων.

Ab legendum ideo, πάντων Τελχίνων ἀδικώτεροι ἀνέρες — o homines quibusvis Telchinibus iniustiores? De Telchinibus his vide locos ab interpretibus Hesychii citatos. Non repugnem tamen, si quis malit ἀδικώτατοι retinere, ut sit superlativus pro comparativo. Vide quae dedi ad Antig. 1062. et 1349. — Pro Ἑλλάνων dubitabam quoque, an non legi posset ἀλλήρων, i. e. ἀλλερῶν, malorum, impiorum. O homines omnibus impiis iniustiores, quos ego

terra marique exterminans perii. Vox ὀλλύρων exstat apud Etymologum v. ἔλλερος. Prosodia est ut οἰζυρός, ἰσχυρός. Vel ἑρπηστῶν."

Recte Musgravius vidit, verba v. 1012., πολλὰ μὲν ἐν πόντῳ, κατά τε δρία πάντα καθαίρων, non ad solam Graeciam, sed ad totum terrarum orbem spectare. Ita ipsum Herculem Sophocles in hac fabula dicere facit v. 1060. οὔθ' Ἑλλάς, οὔτ' ἄγλωσσος, οὔθ' ὅσην ἐγὼ γαῖαν καθαίρων ἱκόμην. coll. v. 1100. ἐπ' ἐσχάτοις τόποις. Praeiverat auctor hymni Hom. v. 4. ὃς πρὶν μὲν κατὰ γαῖαν ἀθέσφατον ἠδὲ θάλασσαν πλαζόμενος, πομπῇσιν ὑπ' Εὐρυσθῆος ἄνακτος, πολλὰ μὲν αὐτὸς ἔρεξεν ἀτάσθαλα, πολλὰ δ' ἀνέτλη. Addo Pindar. Nem. I, 61 sqq. ed. Diss. ὁ (Τειρεσίας) δέ οἱ φράζε καὶ παντὶ στρατῷ, ποίαις ὁμιλήσει τύχαις, ὅσσους μὲν ἐν χέρσῳ κτανών, ὅσσους δὲ πόντῳ θῆρας ἀϊδροδίκας. Nem. III, 20 sqq. οὐκέτι πρόσω ἀβάταν ἅλα κιόνων ὑπὲρ Ἡρακλέος περᾶν εὐμαρές, ἥρως θεὸς ἃς ἔθηκε ναυτιλίας ἐσχάτας μάρτυρας κλυτάς· δάμασε δὲ θῆρας ἐν πελάγεσιν ὑπερόχος, διά τ' ἐξερεύνασε τεναγέων ῥοάς, ὅπα πόμπιμον κατέβαινε νόστου τέλος, καὶ γᾶν φράδασσε. Isthm. III, 73 sqq. ὃς (Ἡρακλῆς) Οὔλυμπόνδ' ἔβα, γαίας τε πάσας καὶ βαθυκρήμνου πολιᾶς ἁλὸς ἐξευρὼν θέναρ, ναυτιλίαισί τε πορθμὸν ἁμερώσαις.

Itaque certissimum est, eos, ad quos οὕς pronomen referendum sit, nullo pacto Graecos esse posse. Immo dubitari nequit, quin, quod una mecum G. Dindorfius olim coniecit, cum ei corruptum esse hunc locum ostenderem, compendio male intellecto pro ανων librarius scripserit Ἑλλάνων, cum deberet scribi:

πάντων ἀνθρώπων ἀδικώτατοι ἀνέρες, οὓς δή.

Sensus totius loci hic est: ex qua terra huc venistis (appellat eos, quibus stipatum se videt, hospites), ingratissimi viri totius generis humani, quod ego monstris marinis et terrestribus purgans interimebar? et nunc mihi laboranti nemo praestare ministerium vitaque me liberare vult? Quibus verbis hoc dicit: ne-

cesse est, vos ingratissimos esse totius generis humani, sive, vos ex ingratissima esse civitate totius terrae. Totam enim terram maximis quibus laborabat malis liberavi cum vitae periculo. Nunc autem cum ego laboro, nemo vestrum liberare me malo quo premor paratus est.

De locutione ἀνέρες ἀδικώτατοι ἀνθρώπων satis est ablegasse lectores ad Lobeck. ad Soph. Aiac. 1358. p. 478. ed. sec. Deinde minime debebant haerere editores in locutione καθαίρειν ἀνθρώπους, quamvis vulgo γῆ potius dici καθαίρεσθαι soleat, ut infra v. 1060. ὅσην ἐγὼ γαῖαν καθαίρων ἱκόμην. et Plutarch. Thes. c. 7. δεινὸν οὖν ἐποιεῖτο καὶ οὐκ ἀνεκτόν, ἐκεῖνον μὲν ἐπὶ τοὺς πανταχοῦ πονηροὺς βαδίζοντα καθαίρειν γῆν καὶ θάλατταν. Nihil enim saepius factum, quam ut terrae vel loci nomen pro populi vel hominis nomine et rursus populi vel hominis nomen pro terrae vel loci nomine poneretur. Ex innumeris, quae huc pertinent, exemplis cui non statim in mentem veniant Homerica, Αἴαντ' — εἰς Ἀγαμέμνονα δῖον ἄγον, κεχαρηότα νίκῃ. οἱ δ' ὅτε δὴ κλισίῃσιν ἐν Ἀτρεΐδαο γένοντο (Il. η, 311 sqq.), quo in loco poetam ipsum vides, quid esset εἰς Ἀγαμέμνονα, explicasse verbis sequentibus, κλισίῃσιν ἐν Ἀτρεΐδαο. porro Il. ο, 402. σπεύσομαι εἰς Ἀχιλῆα. ϱ, 709. ἐλθεῖν εἰς Ἀχιλῆα. Cui dicendi formae simillimae sunt locutiones illae usitatissimae, εἰς Βοιωτούς, εἰς Μήδους, εἰς Πέρσας ἐλθεῖν. Neque rarius terrae nomen pro nomine populi positum est. Ita Sophocles ipse infra v. 1058 sqq.: κοὔ ταῦτα λόγχη πεδιάς, οὔθ' ὁ γηγενὴς στρατὸς Γιγάντων, οὔτε θήρειος βία, οὔθ' Ἑλλάς, οὔτ' ἄγλωσσος, οὔθ' ὅσην ἐγὼ γαῖαν καθαίρων ἱκόμην, ἔδρασέ πω, γυνὴ δέ, θῆλυς οὖσα κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν, μόνη με δὴ καθεῖλε φασγάνου δίχα. Terram, enim, in quam venerit monstra sublaturus, cum negat se Hercules eo malo affecisse, quo sit a Deianira affectus, facile apparet populos intelligendos esse earum civitatum, in quas venerit. Similia sunt haec Oed. Col. 1006. εἴ τις γῆ θεοὺς ἐπίσταται τιμαῖς σεβίζειν. Oed. R. 47. νῦν σε ἥδε γῆ σωτῆρα κλῄζει. 1223. ὦ γῆς μέγιστα τῆσδ' ἀεὶ τιμώμενοι.

Quod legimus in v. 1014. verbum ἀποτρέψει, id alienissimum a sententia huius loci esse, editores superioris saeculi, quod sciam, omnes viderunt. Neque qui defendi id aliqua ratione posse olim opinatus est, Hermannus, in ea perseveravit sententia, sed persuasum potius nunc habet, necessario pro corrupto habendum esse. Idem in eo nunc mecum consentit, neque probari quicquam eorum posse, quae adhuc editores substituenda in locum vulgatae scripturae censuerunt, aut ἐπιτρέψει, quod Brunckius, aut ἀπορέξει, quod Musgravius, aut ἀποπέμψει, quod ipse olim coniecerat, et iure suspicari nobis licere, ipsam etiam οὐκ particulam una cum verbo ἀποτρέψει a librario vel interprete additam esse, postquam excidisset, quod a poeta in fine huius versus positum erat. A quo quid tamen scriptum sit, neutri nostrum adhuc coniectando assequi licuit. Hoc unum non temere mihi videor coniicere, pro verbis οὐκ ἀποτρέψει unum verbum, elatum aoristi participio, positum a poeta esse. Quod ut coniiciam, et Scholiastae adnotatione adducor, quam statim adscripturus sum, et verbis sequentibus, quamvis et ipsis mire corruptis. Sequuntur enim interiecta ἒ ἒ exclamatione haec verba:

οὐδ' ἀπαράξαι κρᱶτα βίου θέλει
μολὼν τοῦ στυγεροῦ; φεῦ, φεῦ.

Horum quoque verborum scripturam cum olim tenendam Hermannus putasset, nunc et mendosam esse mihi concessit, neque improbavit coniecturam meam, sic existimantis, pro infinitivo ἀπαράξαι participium ἀπαράξας et pro θέλει verbum eiusmodi scriptum a poeta esse, ex quo apta vocabula essent βίου τοῦ στυγεροῦ, sive hoc ipso sive alio casu elata, sic ut coniunctis illis verbis βίου — τοῦ στυγεροῦ hoc significaretur: vita miserrima me liberabit sive vitam miserrimam finiet. Quae coniectura ut a totius loci ratione commendatur, ita nonnihil scholiis confirmatur, ad hunc locum scriptis:

καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι· καὶ νῦν, φησίν, οὐδεὶς ἐκείνων ἐπ' ἐμοὶ νοσοῦντι οὐ πῦρ, οὐ ξίφος σωτήριον προσαγαγὼν ἀπαλλάξει με τοῦ ζῆν. — τῷδε: δεικτικῶς ἀντὶ τοῦ ἐμοί. — οὐ πῦρ: λείπει προσαγαγών. —

οὐδ᾽ ἀπαράξει· οὐδεὶς ἐκείνων, φησί, βούλεται ἐλθὼν τὴν κεφαλήν μου ἀποτεμεῖν, καὶ ἐλευθερῶσαι τοῦ μοχθηροῦ βίου.

De v. 1019 sq.

Ὦ παῖ τοῦδ᾽ ἀνδρός, τοὔργον τόδε μεῖζον ἀνήκει
ἢ κατ᾽ ἐμὰν ῥώμαν· σὺ δὲ σύλλαβε· σοί τε γὰρ ὄμμα
ἔμπλεον ἢ δι᾽ ἐμοῦ σώζειν.

Praecipit haec senex ille, qui Herculem comitatus erat, filio eius, Hyllo, postquam eae ipsae, de quibus modo egimus, querelae ab Hercule editae erant. Ex codicibus nulla scripturae discrepantia enotata est. Neque alia verba in codice, quo usus est, is potest legisse, qui scholium composuit, quod scriptum in hunc locum est: *τοὔργον τόδε μεῖζον ἀνήκει*] *τὸ βοηθῆσαι ἢ βαστάξαι τὸν Ἡρακλέα, μεῖζόν ἐστιν ἢ κατ᾽ ἐμέ. ἀνήκει δὲ ἀντὶ τοῦ ὁρμᾷ· ὤξυνται μεῖζον, φησίν, ἢ κατὰ τὴν ἐμὴν δύναμιν. τοὔργον δὲ τὴν νόσον φησί. — σὺ δὲ σύλλαβε· σὺ γὰρ νέος εἶ, καὶ ὀξύτερόν σοι τὸ ὄμμα πρὸς τὸ σώζειν τὸν πατέρα μᾶλλον ἢ δι᾽ ἐμοῦ.*

Quae quam absurda sint et a loci sententia aliena, nemo non sua sponte intelliget. Ac certum quidem, immo certissimum illud est, id quod alii iam ante me viderunt, neque *ὄμμα* neque *ἔμπλεον* a Sophocle scriptum posse credi. In Erfurdtii commentario haec adnotata legimus:

„*σοί γε* (saepius *γὲ* pro *γὰρ* ponitur) *ῥώμας ἔνι πλέον, ἢ παρ᾽ ἐμοί, σώζειν.* Constructio haec est: *παρὰ σοὶ γάρ ἐστι πλέον ῥώμης, ὥςτε σώζειν, ἢ παρ᾽ ἐμοί.* REISK. *ἔμπλεον· ὀξύτερον.* glossa Scholiastae. Egomet nihil hic video, neque habeo *ὄμμα ἔμπλεον* ipsius senis oculo. Cum ceteri facile fuerint acutiores, textum nolui mutare; sed mordicus teneo, quae protuli ad Silv. Crit. Sect. CXII., ad quam disputationem lectores ablegamus; nam lectionem nostram coniecturalem hic solummodo proponam nonnihil castigatam, cum futilis sit *τὲ* particula:

σὺ δὲ σύλλαβε· σοί 'στι γάρ οἶμα.
Ὑλ. εἰ πλέον ἢ δι' ἐμοῦ σώζειν, ψαύω μὲν ἔγωγε.

de voce οἶμα vide ad v. 528. et Homereum Scholiastam, qui similis variationis meminit ad Il. ϑ, 349. WAKEF. τὲ γὰρ non debebat sollicitari; saepius enim hae voculae iunctae reperiuntur. Cfr. Viger. de idiot. p. 496. ed. Zeun.. Sed οἶμα recte coniecit Wakefieldius. Reliqua multo lenius restituit Hermanni ingenium, corrigendo ἔμπεδον, ut positivus pro comparativo adhibitus sit ex more Graecorum satis frequenti, coll. Viger. p. 68. a. ERFURDT.

In Hermanni editione haec ad hunc locum scripta sunt:

„Non ausim ἔμπλεον, quod et a me ipso olim et a Seidlero de verss. dochm. p. 314. coniecturis tentatum est, labefactare. Videtur, quia plenis nihil deest, pro integro dictum, hoc sensu: tibi plena est atque integra videndi facultas, potius quam ut per me ille servari possit."

Quae cur probari nequeant, non opus est ut planum faciam, cum ipse vir summus sententia retractata nihil nunc dubitet, quin et ἔμπλεον mutandum sit in ἔμπεδον, quod ipse olim coniecit, et ceterorum verborum ea facienda correctio sit, quae mihi in mentem venit, ita ut sic scripsisse poeta censendus sit:

σοί τι γὰρ ἅμμα
ἔμπεδον, ἢ δι' ἐμοῦ σώζειν.

Sensus nunc hic est: o fili Herculis, negotium hoc vires meas superat; itaque tu adiuva; tibi enim firmiter apprehendere eum licet, quam ut per me eum serves. Quibus a sene illo dictis apte nunc respondere Hyllum patet:

ψαύω μὲν ἔγωγε.

Nemo autem haerebit in verbis ἅμμα σοὶ ἔμπεδόν ἐστιν, idem significantibus atque ἅπτεσθαι σοὶ ἔξεστιν, cum satis notum sit, substantivorum verbalium in σις et μα desinentium saepe eam potestatem esse, ut facultatem rei perficiundae significent. Vide quae ad Philoct. 61. adnotata sunt. De

suppresso *μᾶλλον*, ex quo *ἤ* aptum est, conferatur Matth. §. 457. not. 1. et quae nos ad Aiac. 939. attulimus.

Denique quamquam non ignoro, esse homines doctos, qui *τὲ* particulam additivam poni hic potuisse aliis exemplis similibus probari opinentur, tamen ego quidem in ea et sum et ero sententia, ut, nisi certiora afferantur exempla, quam quae adhuc allata sunt, quoties aeque facilis et apta mutatio in promptu sit atque hoc loco est, sine dubitatione particulam illam corrigendam putem. Neque vero pronominis *τὶ* collocatio offensioni erit, qui meminerit horum locorum, Soph. Philoct. 218.:

προβοᾷ τι γὰρ δεινόν.

et Eurip. Iphig. T. 1036.:

τίν' αἰτίαν ἔχουσ'; ὑποπτεύω τι γάρ.

De v. 1046 sqq.

Ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ καὶ λόγῳ κακὰ
καὶ χειρὶ καὶ νώτοισι μοχθήσας ἐγώ,
κοὔπω τοιοῦτον οὔτ' ἄκοιτις ἡ Διὸς
προὔθηκεν, οὔθ' ὁ στυγνὸς Εὐρυσθεὺς ἐμοί,
οἷον τόδ' ἡ δολῶπις Οἰνέως κόρη
καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ἐρινύων
ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον, ᾧ διόλλυμαι.

In primo horum, quos adscripsi, versuum illud neminem fugit recentiorum editorum, aliquid mendi latere in verbis illis, *λόγῳ κακά.* Quae quod solum significare possunt, specie mala, i. e. quae videantur quidem, sed non sint mala, id alienissimum a sententia huius loci esse patet. Neque tamen multo melius puto, quod certatim editores recentiores auctore Bothio in locum scripturae vulgatae substituerunt, *κοὐ λόγῳ κακά.* Ex praegresso enim adiectivo *θερμά* hoc primum intelligitur, vocabulum *κακά*, cum oppositum sit adiectivo illi, item pro adiectivo accipi necessario debere. Itaque *καὶ θερμὰ*

καὶ κακὰ μοχθήσας non potest alio sensu dictum esse, quam hoc: *καὶ θερμοὺς καὶ κακοὺς μόχθους μοχθήσας.* In quibus verbis quis est quin videat, mirum in modum languere adiectivum *κακούς*, praemisso eo vocabulo, quo insolentissimi labores significentur? Constat enim significatu illo *θερμόν* dici. Commode Wakefieldius attulit Aeschyl. Spt. c. Th. 603.:

ἢ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ
ναύταισι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινὶ
ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει.

ad quem locum Schol.: *θερμὸν ἔργον τὸ ἀναιδὲς καὶ θρασύ· θερμοῦργος δὲ ἀνήρ, ὁ θαῤῥαλέος καὶ μὴ ψυχρὸς εἰς ἔργον.* et Aelian. V. H. III, 12. *ἢ γὰρ τῆς πατρίδος ἀπηλλάγησαν, ἢ καὶ τὸ ἔτι θερμότερον καὶ τοῦ βίου αὐτοῦ.* Suidas: *θερμός· θρασύς.*

Isti igitur adiectivo *θερμός* quod oppositum hoc loco adiectivum a Sophocle est, eius talem debere potestatem fuisse certum est, ut laborum, quos Hercules exantlasse se ait, si non maiorem, certe parem sive molestiam sive insolentiam declararet. Tantum autem abest, ut id consequamur praepositis verbis *οὐ λόγῳ*, ut sui dissimillimus fuisse Sophocles iudicandus esset, si, quos labores gravissimos acerbissimosque omnium fuisse, qui umquam a mortalibus superati erant, nemo ignorabat, eos Herculem fecisset dicere fuisse r e v e r a m a l o s, *ὄντως κακούς.* Immo qui stilum Sophocleum norit, facile sibi persuadebit, vocabulum *κακά* ab interprete profectum, a Sophocle autem ita scriptum esse:

ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ καὶ λόγων πέρα
καὶ χειρὶ καὶ νώτοισι μοχθήσας ἐγώ.

Conferatur Eurip. Iphig. T. 900.:

ἐν τοῖσι θαυμαστοῖσι καὶ μύθων πέρα
τάδ' εἶδον αὐτὴ καὶ κλύουσ' ἀπαγγελῶ.

Ibidem v. 839.:

θαυμάτων πέρα
καὶ λόγου πρόσω τάδ' ἐπέβα.

Eiusdem Hec. 714.:

ἄῤῥητ᾽, ἀνωνόμαστα, θαυμάτων πέρα,
οὐχ ὅσιά τ᾽, οὐδ᾽ ἀνεκτά.

Hesychius: *πέρα λόγου· ὑπὲρ λόγον.* Atque ipsum illud, quod scriptum esse a Sophocle dixi, *λόγων πέρα*, vix potest dubitari, quin M. Tullius legerit, qui Quaest. Tuscul. II, 8. primum versuum illorum, quos descripsi, ita verterit: o multa dictu gravia, perpessu aspera. Nam etsi proprie *τὰ λόγων πέρα* significant quae verbis describi nequeunt, tamen summo iure a poeta reddi sic potuerunt, dictu gravia.

In versu tertio est profecto quod mirere, neminem vidisse editorum absurdam esse *καί* copulam adverbio *οὔπω* praepositam, cum, quae praecedunt verba, *ὦ πολλὰ δὴ — μοχθήσας ἐγώ*, pro mera appellatione sint, ipsum se alloquente Hercule, quemadmodum vulgo alios alloqui solemus. Delenda igitur necessario copula illa, describentium errore ex versu superiore assumta, scribendumque:

οὔπω τοιοῦτον οὔτ᾽ ἄκοιτις ἡ Διός.

De v. 1114.

Ἐπεὶ παρέσχες ἀντιφωνῆσαι, πάτερ,
σιγὴν παρασχὼν κλῦθί μου, νοσῶν ὅμως.

Cum in querelis illis, quas modo effudit Hercules, id unum facere Hyllum filium, qui haec quae adscripsimus profert, iusserit, ut adducat Deianiram matrem eiusque vindicandae copiam sibi faciat, nullo autem verbo indicarit, id quod alienum etiam ab ingenio Herculis fuisset, respondendi ei atque adeo obloquendi veniam datam esse, luce clarius est, quamvis nemo animadverterit editorum, nullo pacto Hyllum *ἐπεὶ παρέσχες* dicere potuisse. Facilis autem et certa emendatio est. Scripsit Sophocles:

εἴπερ πάρεστιν ἀντιφωνῆσαι, πάτερ,
σιγὴν παρασχὼν κλῦθί μου, νοσῶν ὅμως.

De v. 1164 sqq.

Φανῶ δ' ἐγὼ τούτοισι συμβαίνοντ' ἴσα,
μαντεῖα καινὰ τοῖς πάλαι ξυνήγορα,
ἃ τῶν ὀρείων καὶ χαμαικοιτῶν ἐγὼ
Σελλῶν ἐσελθὼν ἄλσος εἰσεγραψάμην
πρὸς τῆς πατρῴας καὶ πολυγλώσσου δρυός·
ἥ μοι χρόνῳ τῷ ζῶντι καὶ παρόντι νῦν
ἔφασκε μόχθων τῶν ἐφεστώτων ἐμοὶ
λύσιν τελεῖσθαι· κἀδόκουν πράξειν καλῶς.

Duobus in versibus huius loci pro genuinis vocabulis glossae receptae a librariis sunt, a nemine dum editorum animadversae. Earum alteram ita mihi videor expellere posse, ut simul genuinam poetae manum restituam; altera expulsa quid restituendum sit, nondum liquet.

In primo enim horum versuum in promptu est videre, *συμβαίνοντα*, ex quo verbo dativus *τούτοις* aptus sit, significare *συμφωνοῦντα*, quo verbo Grammatici veteres, veluti Hesychius, Suidas, alii ad describendam illam eius verbi significationem vulgo utuntur. Itaque manifestum est, quod continuo sequitur vocabulum *ἴσα*, cum idem prorsus significet atque participium *συμβαίνοντα*, non a Sophocle additum, sed ab interprete profectum esse, significationem praecedentis participii explicaturo. Deleto illo vocabulo quid restituendum sit, ex scholio apparet, ad hunc locum scripto: *ἐρῶ σοι ἄλλην μαντείαν νεωτέραν, συμφωνοῦσαν τῇ προτέρᾳ.* An poteris etiamnunc dubitare, quin pristina poetae manus haec fuerit:

φανῶ δ' ἐγὼ τούτοισι συμβαίνοντά σοι.

Eodem sensu *φαίνειν τί τινι* cum alibi dictum est, tum Oed. Reg. v. 710.:

φανῶ δέ σοι σημεῖα τῶνδε σύντομα.

Contra v. 1169. hoc unum mihi certum videtur, *τῷ ζῶντι* ab interprete adscriptum esse, sic ut ad pronomen quod praecedit *μοὶ* pertineret. Vehementer enim falluntur et nostrae aetatis

interpretes et Scholiasta ille, qui de tempore dici τῷ ζῶντι potuisse opinatus haec adnotavit: τῷ ἐφεστῶτι. ὁ γὰρ παρελθὼν οἱονεὶ διέφθαρται, ὁ δὲ μέλλων πάλιν ἄδηλος. Nam primum neque alius quisquam Graecorum *tempus praesens* dixit τὸν ζῶντα χρόνον, neque a Sophocle dictum hic esse, luculenter apparet e verbis sequentibus, καὶ παρόντι νῦν, quae ineptissime addita essent, si praemissum verbum eiusmodi significationis esset, qua positum τῷ ζῶντι putatur. Expellendum igitur τῷ ζῶντι et lacunae signa ponenda, usque dum invenerit aliquis, quod Sophoclem scripsisse credibile sit. Neque enim omnino placet, quod mihi aliquando restituendum videbatur:

ἥ μοι χρόνῳ μέλλοντι, τῷ παρόντι νῦν.

collato Oed. Col. 580.:

χρόνῳ μάθοις ἄν, οὐχὶ τῷ παρόντι νῦνι

et Electr. v. 1293.:

ἃ δ' ἁρμόσει μοι τῷ παρόντι νῦν χρόνῳ.

De v. 1256.

Καλῶς τελευτᾷς, κἀπὶ τοῖςδε τὴν χάριν
ταχεῖαν, ὦ παῖ, πρόςθες, ὡς, πρὶν ἐμπεσεῖν
σπαραγμὸν ἤ τιν' οἶστρον, ἐς πυράν με θῇς.
ἄγ' ἐγκονεῖτ', αἴρεσθε. παῦλά τοι κακῶν
αὕτη τελευτὴ τοῦδε τἀνδρὸς ὑστάτη.

Ad extremum horum versuum Erfurdtius olim haec adnotavit:

„Reposuit Wakefieldius ex coniectura τελευτᾷ pro τελευτή, hoc sensu: *in hunc igitur finem exit illa requies* (illa scilicet oraculo decantata, de quo supra v. 80. 827. 1173. mentio facta est) *ultima* (mortis nempe) *huic viro*. Conferri iubet Sophoclis Bellerophontis fragm. 3.:

ὀργῇ γὰρ ὅςτις εὐθέως χαρίζεται,
κακῶς τελευτᾷ· πλεῖστα γὰρ σφάλλει βροτούς.

Tum sic pergit: „Si quis prae nostra emendatione maluerit phrasin τελευτὴ ὑστάτη, non per me stabit, quin suis ille fruatur glandibus; quamvis non ausim dissimulare, quaedam aliquoties apud poetas inveniri, vel huic visa favere locutioni, ut exempli gratia ἀρχῆς ἀπ' ἄκρης Lycophronis v. 2." Talia in Graecis reperiuntur plura. Musgravius ὑστάτη connectit cum παῦλα hoc modo, αὕτη τελευτὴ παῦλα ὑστάτη κακῶν τοῦδε τοῦ ἀνδρός."

Contra Hermannus:

„Nemo non videt, inquit, recte a Brunckio comma positum esse post αὕτη, cum vulgo nulla ibi esset interpunctio. Male enim Scholiasta αὕτη cum τελευτή coniunxit, cuius haec verba sunt: μόνη γὰρ ἀνάπαυσις, τὸ παραθεῖναί με τῷ πυρί, καὶ τοιαύτῃ τελευτῇ χρήσασθαι. Immo hoc dicit, haec mihi sola a malis liberatio est, mori."

Quae quidem sententia si inesset aut inesse posset in verbis illis, quae scripta in codicibus legimus, nihil omnino esset, quod in hoc loco haereremus. At quis umquam Graecorum mortem hominis vel finem vitae τελευτὴν ὑστάτην dixit? Quod cum nec dictum sit alibi nec dici recte potuerit, simulque illud pateat fieri non posse, quod Musgravius opinatus est, ut παῦλαν dici ὑστάτην putemus, eo magis persuasum habeo, mendosum esse ὑστάτη, cum in eo, quo Scholiasta usus est, codice ne scriptum quidem esse videatur. Cuius quidem Scholiastae interpretatio cum et per se satis commoda sit et totius loci rationi optime conveniat, id potius videndum censeo, an non probabili ratione ita corrigi hic locus possit, ut id ipsum, quod Scholiasta posuit, enuntiatum a poeta esse pateat. Iudicent alii, rectene coniici liceat, Sophoclem ita scripsisse:

παῦλά τοι κακῶν
αὕτη τελευτὴ τοῦδε τἀνδρὸς ἵσταται.

hoc sensu: finis enim malorum hic vitae meae exitus exsistit, sive, hic enim vitae meae exitus (τὸ παραθεῖναί με τῷ πυρί) finis existit malorum meorum. Illud nemo negabit, recte dictum ἵσταται esse, cum saepe apud tragicos ut activum ἱστάναι reddere, ita passivum

οὐδ' ἀπαράξει· οὐδεὶς ἐκείνων, φησί, βούλεται ἐλθὼν τὴν κεφαλήν μου ἀποτεμεῖν, καὶ ἐλευθερῶσαι τοῦ μοχθηροῦ βίου.

De v. 1019 sq.

Ὦ παῖ τοῦδ' ἀνδρός, τοὔργον τόδε μεῖζον ἀνήκει
ἢ κατ' ἐμὰν ῥώμαν· σὺ δὲ σύλλαβε· σοί τε γὰρ ὄμμα
ἔμπλεον ἢ δι' ἐμοῦ σώζειν.

Praecipit haec senex ille, qui Herculem comitatus erat, filio eius, Hyllo, postquam eae ipsae, de quibus modo egimus, querelae ab Hercule editae erant. Ex codicibus nulla scripturae discrepantia enotata est. Neque alia verba in codice, quo usus est, is potest legisse, qui scholium composuit, quod scriptum in hunc locum est: *τοὔργον τόδε μεῖζον ἀνήκει*] τὸ βοηθῆσαι ἢ βαστάξαι τὸν Ἡρακλέα, μεῖζόν ἐστιν ἢ κατ' ἐμέ. *ἀνήκει* δὲ ἀντὶ τοῦ ὁρμᾷ· ὥξυνται μεῖζον, φησίν, ἢ κατὰ τὴν ἐμὴν δύναμιν. τοὔργον δὲ τὴν νόσον φησί. — *σὺ δὲ σύλλαβε*· σὺ γὰρ νέος εἶ, καὶ ὀξύτερόν σοι τὸ ὄμμα πρὸς τὸ σώζειν τὸν πατέρα μᾶλλον ἢ δι' ἐμοῦ.

Quae quam absurda sint et a loci sententia aliena, nemo non sua sponte intelliget. Ac certum quidem, immo certissimum illud est, id quod alii iam ante me viderunt, neque *ὄμμα* neque *ἔμπλεον* a Sophocle scriptum posse credi. In Erfurdtii commentario haec adnotata legimus:

„σοί γε (saepius γὲ pro γὰρ ponitur) ῥώμας ἔνι πλέον, ἢ παρ' ἐμοί, σώζειν. Constructio haec est: παρὰ σοὶ γάρ ἐστι πλέον ῥώμης, ὥςτε σώζειν, ἢ παρ' ἐμοί. REISK. *ἔμπλεον*· ὀξύτερον. glossa Scholiastae. Egomet nihil hic video, neque habeo ὄμμα ἔμπλεον ipsius senis oculo. Cum ceteri facile fuerint acutiores, textum nolui mutare; sed mordicus teneo, quae protuli ad Silv. Crit. Sect. CXII., ad quam disputationem lectores ablegamus; nam lectionem nostram coniecturalem hic solummodo proponam nonnihil castigatam, cum futilis sit τὲ particula:

σὺ δὲ σύλλαβε· σοί 'στι γὰρ οἶμα.
Ὑλ. εἰ πλέον ἢ δι' ἐμοῦ σώζειν, ψαύω μὲν ἔγωγε.

de voce οἶμα vide ad v. 528. et Homereum Scholiastam, qui similis variationis meminit ad Il. ϑ, 349. WAKEF. τὲ γὰρ non debebat sollicitari; saepius enim hae voculae iunctae reperiuntur. Cfr. Viger. de idiot. p. 496. ed. Zeun.. Sed οἶμα recte coniecit Wakefieldius. Reliqua multo lenius restituit Hermanni ingenium, corrigendo ἔμπεδον, ut positivus pro comparativo adhibitus sit ex more Graecorum satis frequenti, coll. Viger. p. 68. a. ERFURDT.

In Hermanni editione haec ad hunc locum scripta sunt:

„Non ausim ἔμπλεον, quod et a me ipso olim et a Seidlero de verss. dochm. p. 314. coniecturis tentatum est, labefactare. Videtur, quia plenis nihil deest, pro integro dictum, hoc sensu: tibi plena est atque integra videndi facultas, potius quam ut per me ille servari possit."

Quae cur probari nequeant, non opus est ut planum faciam, cum ipse vir summus sententia retractata nihil nunc dubitet, quin et ἔμπλεον mutandum sit in ἔμπεδον, quod ipse olim coniecit, et ceterorum verborum ea facienda correctio sit, quae mihi in mentem venit, ita ut sic scripsisse poeta censendus sit:

σοί τι γὰρ ἅμμα
ἔμπεδον, ἢ δι' ἐμοῦ σώζειν.

Sensus nunc hic est: o fili Herculis, negotium hoc vires meas superat; itaque tu adiuva; tibi enim firmiter apprehendere eum licet, quam ut per me eum serves. Quibus a sene illo dictis apte nunc respondere Hyllum patet:

ψαύω μὲν ἔγωγε.

Nemo autem haerebit in verbis ἅμμα σοὶ ἔμπεδόν ἐστιν, idem significantibus atque ἅπτεσθαι σοὶ ἔξεστιν, cum satis notum sit, substantivorum verbalium in σις et μα desinentium saepe eam potestatem esse, ut facultatem rei perficiundae significent. Vide quae ad Philoct. 61. adnotata sunt. De

suppresso *μᾶλλον*, ex quo *ἤ* aptum est, conferatur Matth. §. 457. not. 1. et quae nos ad Aiac. 939. attulimus.

Denique quamquam non ignoro, esse homines doctos, qui *τὲ* particulam additivam poni hic potuisse aliis exemplis similibus probari opinentur, tamen ego quidem in ea et sum et ero sententia, ut, nisi certiora afferantur exempla, quam quae adhuc allata sunt, quoties aeque facilis et apta mutatio in promptu sit atque hoc loco est, sine dubitatione particulam illam corrigendam putem. Neque vero pronominis *τὶ* collocatio offensioni erit, qui meminerit horum locorum, Soph. Philoct. 218.:

προβοᾷ τι γὰρ δεινόν.

et Eurip. Iphig. T. 1036.:

τίν' αἰτίαν ἔχουσ'; ὑποπτεύω τι γάρ.

De v. 1046 sqq.

Ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ καὶ λόγῳ κακὰ
καὶ χειρὶ καὶ νώτοισι μοχθήσας ἐγώ,
κοὔπω τοιοῦτον οὔτ' ἄκοιτις ἡ Διὸς
προὔθηκεν, οὔθ' ὁ στυγνὸς Εὐρυσθεὺς ἐμοί,
οἷον τόδ' ἡ δολῶπις Οἰνέως κόρη
καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ἐρινύων
ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον, ᾧ διόλλυμαι.

In primo horum, quos adscripsi, versuum illud neminem fugit recentiorum editorum, aliquid mendi latere in verbis illis, *λόγῳ κακά*. Quae quod solum significare possunt, *specie mala, i. e. quae videantur quidem, sed non sint mala*, id alienissimum a sententia huius loci esse patet. Neque tamen multo melius puto, quod certatim editores recentiores auctore Bothio in locum scripturae vulgatae substituerunt, *κοὐ λόγῳ κακά*. Ex praegresso enim adiectivo *θερμά* hoc primum intelligitur, vocabulum *κακά*, cum oppositum sit adiectivo illi, item pro adiectivo accipi necessario debere. Itaque *καὶ θερμὰ*

καὶ κακὰ μοχθήσας non potest alio sensu dictum esse, quam hoc: *καὶ θερμοὺς καὶ κακοὺς μόχθους μοχθήσας.* In quibus verbis quis est quin videat, mirum in modum languere adiectivum *κακούς*, praemisso eo vocabulo, quo insolentissimi labores significentur? Constat enim significatu illo *θερμόν* dici. Commode Wakefieldius attulit Aeschyl. Spt. c. Th. 603.:

ἢ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ
ναύταισι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινὶ
ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει.

ad quem locum Schol.: *θερμὸν ἔργον τὸ ἀναιδὲς καὶ θρασύ· θερμοῦργος δὲ ἀνήρ, ὁ θαῤῥαλέος καὶ μὴ ψυχρὸς εἰς ἔργον.* et Aelian. V. H. III, 12. *ἢ γὰρ τῆς πατρίδος ἀπηλλάγησαν, ἢ καὶ τὸ ἔτι θερμότερον καὶ τοῦ βίου αὐτοῦ.* Suidas: *θερμός· θρασύς.*

Isti igitur adiectivo *θερμός* quod oppositum hoc loco adiectivum a Sophocle est, eius talem debere potestatem fuisse certum est, ut laborum, quos Hercules exantlasse se ait, si non maiorem, certe parem sive molestiam sive insolentiam declararet. Tantum autem abest, ut id consequamur praepositis verbis *οὐ λόγῳ*, ut sui dissimillimus fuisse Sophocles iudicandus esset, si, quos labores gravissimos acerbissimosque omnium fuisse, qui umquam a mortalibus superati erant, nemo ignorabat, eos Herculem fecisset dicere fuisse revera malos, *ὄντως κακούς.* Immo qui stilum Sophocleum norit, facile sibi persuadebit, vocabulum *κακά* ab interprete profectum, a Sophocle autem ita scriptum esse:

ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ καὶ λόγων πέρα
καὶ χειρὶ καὶ νώτοισι μοχθήσας ἐγώ.

Conferatur Eurip. Iphig. T. 900.:

ἐν τοῖσι θαυμαστοῖσι καὶ μύθων πέρα
τάδ᾽ εἶδον αὐτὴ καὶ κλύουσ᾽ ἀπαγγελῶ.

Ibidem v. 839.:

θαυμάτων πέρα
καὶ λόγου πρόσω τάδ᾽ ἐπέβα.

Eiusdem Hec. 714.:

ἄῤῥητ', ἀνωνόμαστα, θαυμάτων πέρα,
οὐχ ὅσιά τ', οὐδ' ἀνεκτά.

Hesychius: πέρα λόγου· ὑπὲρ λόγον. Atque ipsum illud, quod scriptum esse a Sophocle dixi, λόγων πέρα, vix potest dubitari, quin M. Tullius legerit, qui Quaest. Tuscul. II, 8. primum versuum illorum, quos descripsi, ita verterit: o multa dictu gravia, perpessu aspera. Nam etsi proprie τὰ λόγων πέρα significant quae verbis describi nequeunt, tamen summo iure a poeta reddi sic potuerunt, dictu gravia.

In versu tertio est profecto quod mirere, neminem vidisse editorum absurdam esse καί copulam adverbio οὔπω praepositam, cum, quae praecedunt verba, ὦ πολλὰ δὴ — μοχθήσας ἐγώ, pro mera appellatione sint, ipsum se alloquente Hercule, quemadmodum vulgo alios alloqui solemus. Delenda igitur necessario copula illa, describentium errore ex versu superiore assumta, scribendumque:

οὔπω τοιοῦτον οὔτ' ἄκοιτις ἡ Διός.

De v. 1114.

Ἐπεὶ παρέσχες ἀντιφωνῆσαι, πάτερ,
σιγὴν παρασχὼν κλῦθί μου, νοσῶν ὅμως.

Cum in querelis illis, quas modo effudit Hercules, id unum facere Hyllum filium, qui haec quae adscripsimus profert, iusserit, ut adducat Deianiram matrem eiusque vindicandae copiam sibi faciat, nullo autem verbo indicarit, id quod alienum etiam ab ingenio Herculis fuisset, respondendi ei atque adeo obloquendi veniam datam esse, luce clarius est, quamvis nemo animadverterit editorum, nullo pacto Hyllum ἐπεὶ παρέσχες dicere potuisse. Facilis autem et certa emendatio est. Scripsit Sophocles:

εἴπερ πάρεστιν ἀντιφωνῆσαι, πάτερ,
σιγὴν παρασχὼν κλῦθί μου, νοσῶν ὅμως.

De v. 1164 sqq.

Φανῶ δ' ἐγὼ τούτοισι συμβαίνοντ' ἴσα,
μαντεῖα καινὰ τοῖς πάλαι ξυνήγορα,
ἃ τῶν ὀρείων καὶ χαμαικοιτῶν ἐγὼ
Σελλῶν ἐσελθὼν ἄλσος εἰσεγραψάμην
πρὸς τῆς πατρῴας καὶ πολυγλώσσου δρυός·
ἥ μοι χρόνῳ τῷ ζῶντι καὶ παρόντι νῦν
ἔφασκε μόχθων τῶν ἐφεστώτων ἐμοὶ
λύσιν τελεῖσθαι· κἀδόκουν πράξειν καλῶς.

Duobus in versibus huius loci pro genuinis vocabulis glossae receptae a librariis sunt, a nemine dum editorum animadversae. Earum alteram ita mihi videor expellere posse, ut simul genuinam poetae manum restituam; altera expulsa quid restituendum sit, nondum liquet.

In primo enim horum versuum in promptu est videre, *συμβαίνοντα*, ex quo verbo dativus *τούτοις* aptus sit, significare *συμφωνοῦντα*, quo verbo Grammatici veteres, veluti Hesychius, Suidas, alii ad describendam illam eius verbi significationem vulgo utuntur. Itaque manifestum est, quod continuo sequitur vocabulum *ἴσα*, cum idem prorsus significet atque participium *συμβαίνοντα*, non a Sophocle additum, sed ab interprete profectum esse, significationem praecedentis participii explicaturo. Deleto illo vocabulo quid restituendum sit, ex scholio apparet, ad hunc locum scripto: *ἐρῶ σοι ἄλλην μαντεῖαν νεωτέραν, συμφωνοῦσαν τῇ προτέρᾳ.* An poteris etiamnunc dubitare, quin pristina poetae manus haec fuerit:

φανῶ δ' ἐγὼ τούτοισι συμβαίνοντά σοι.

Eodem sensu *φαίνειν τί τινι* cum alibi dictum est, tum Oed. Reg. v. 710.:

φανῶ δέ σοι σημεῖα τῶνδε σύντομα.

Contra v. 1169. hoc unum mihi certum videtur, *τῷ ζῶντι* ab interprete adscriptum esse, sic ut ad pronomen quod praecedit *μοὶ* pertineret. Vehementer enim falluntur et nostrae aetatis

interpretes et Scholiasta ille, qui de tempore dici *τῷ ζῶντι* potuisse opinatus haec adnotavit: *τῷ ἐφεστῶτι. ὁ γὰρ παρελθὼν οἱονεὶ διέφθαρται, ὁ δὲ μέλλων πάλιν ἄδηλος.* Nam primum neque alius quisquam Graecorum tempus praesens dixit *τὸν ζῶντα χρόνον*, neque a Sophocle dictum hic esse, luculenter apparet e verbis sequentibus, *καὶ παρόντι νῦν*, quae ineptissime addita essent, si praemissum verbum eiusmodi significationis esset, qua positum *τῷ ζῶντι* putatur. Expellendum igitur *τῷ ζῶντι* et lacunae signa ponenda, usque dum invenerit aliquis, quod Sophoclem scripsisse credibile sit. Neque enim omnino placet, quod mihi aliquando restituendum videbatur:

ἤ μοι χρόνῳ μέλλοντι, τῷ παρόντι νῦν.

collato Oed. Col. 580.:

χρόνῳ μάθοις ἄν, οὐχὶ τῷ παρόντι νῦν.

et Electr. v. 1293.:

ἃ δ' ἁρμόσει μοι τῷ παρόντι νῦν χρόνῳ.

De v. 1256.

Καλῶς τελευτᾷς, κἀπὶ τοῖσδε τὴν χάριν
ταχεῖαν, ὦ παῖ, πρόσθες, ὡς, πρὶν ἐμπεσεῖν
σπαραγμὸν ἤ τιν' οἶστρον, ἐς πυράν με θῇς.
ἄγ' ἐγκονεῖτ', αἴρεσθε. παῦλά τοι κακῶν
αὕτη τελευτὴ τοῦδε τἀνδρὸς ὑστάτη.

Ad extremum horum versuum Erfurdtius olim haec adnotavit: „Reposuit Wakefieldius ex coniectura *τελευτᾷ* pro *τελευτή*, hoc sensu: in hunc igitur finem exit illa requies (illa scilicet oraculo decantata, de quo supra v. 80. 827. 1173. mentio facta est) ultima (mortis nempe) huic viro. Conferri iubet Sophoclis Bellerophontis fragm. 3.:

ὀργῇ γὰρ ὅστις εὐθέως χαρίζεται,
κακῶς τελευτᾷ· πλεῖστα γὰρ σφάλλει βροτούς.

Tum sic pergit: „Si quis prae nostra emendatione maluerit phrasin τελευτὴ ὑστάτη, non per me stabit, quin suis ille fruatur glandibus; quamvis non ausim dissimulare, quaedam aliquoties apud poetas inveniri, vel huic visa favere locutioni, ut exempli gratia ἀρχῆς ἀπ' ἄκρης Lycophronis v. 2." Talia in Graecis reperiuntur plura. Musgravius ὑστάτη connectit cum παῦλα hoc modo, αὕτη τελευτὴ παῦλα ὑστάτη κακῶν τοῦδε τοῦ ἀνδρός."

Contra Hermannus:

„Nemo non videt, inquit, recte a Brunckio comma positum esse post αὕτη, cum vulgo nulla ibi esset interpunctio. Male enim Scholiasta αὕτη cum τελευτή coniunxit, cuius haec verba sunt: μόνη γὰρ ἀνάπαυσις, τὸ παραθεῖναί με τῷ πυρί, καὶ τοιαύτῃ τελευτῇ χρήσασθαι. Immo hoc dicit, haec mihi sola a malis liberatio est, mori."

Quae quidem sententia si inesset aut inesse posset in verbis illis, quae scripta in codicibus legimus, nihil omnino esset, quod in hoc loco haereremus. At quis umquam Graecorum mortem hominis vel finem vitae τελευτὴν ὑστάτην dixit? Quod cum nec dictum sit alibi nec dici recte potuerit, simulque illud pateat fieri non posse, quod Musgravius opinatus est, ut παῦλαν dici ὑστάτην putemus, eo magis persuasum habeo, mendosum esse ὑστάτη, cum in eo, quo Scholiasta usus est, codice ne scriptum quidem esse videatur. Cuius quidem Scholiastae interpretatio cum et per se satis commoda sit et totius loci rationi optime conveniat, id potius videndum censeo, an non probabili ratione ita corrigi hic locus possit, ut id ipsum, quod Scholiasta posuit, enuntiatum a poeta esse pateat. Iudicent alii, rectene coniici liceat, Sophoclem ita scripsisse:

> παῦλά τοι κακῶν
> αὕτη τελευτὴ τοῦδε τἀνδρὸς ἵσταται.

hoc sensu: finis enim malorum hic vitae meae exitus exsistit, sive, hic enim vitae meae exitus (τὸ παραθεῖναί με τῷ πυρί) finis existit malorum meorum. Illud nemo negabit, recte dictum ἵσταται esse, cum saepe apud tragicos ut activum ἱστάναι reddere, ita passivum

reddi, fieri, exsistere significet. Sic Philoct. 175. *τῷ ἱσταμένῳ* recte a Scholiasta explicatur *τῷ γινομένῳ*. Addo Antig. 435. *ἄπαρνος δ' οὐδενὸς καθίστατο*. Ai. 306. *ἔμφρων μόλις πως ξὺν χρόνῳ καθίσταται*.

De v. 1257.

> *Ἀλλ' οὐδὲν εἴργει σοὶ τελειοῦσθαι τάδε,*
> *ἐπεὶ κελεύεις κἀξαναγκάζεις, πάτερ.*

Verbo *τελειοῦν* prorsus abstinuerunt Aeschylus et Euripides; nec Sophocles praeter hunc locum in trimetro iambico umquam usus est. Duo autem loci illi, quorum alter anapaesticus, alter melicus est, in quibus positum exstat, eiusmodi sunt, ut, qua significatione usurpari id verbum convenit, consummandi dico, eadem usurpatum esse intelligamus. Sic El. 1510.:

> *ὦ σπέρμ' Ἀτρέως, ὡς πολλὰ παθὸν*
> *δι' ἐλευθερίας μόλις ἐξῆλθες,*
> *τῇ νῦν ὁρμῇ τελεωθέν.*

et Oed. Col. 1089.:

> *σθένει 'πινικείῳ τὸν εὔαγρον τελειῶσαι λόχον.*

Contra non modo a poetis tragicis, sed ne a prosaicis quidem scriptoribus, qui aequales illis fuerunt, umquam, quod sciam, *τελειοῦν* ita usurpatum est, ut eadem atque *τελεῖν* verbi potestas fuerit. Verum valde mutari seriore aetate eius verbi significatio coepit, ita ut cum alii scriptores, tum imprimis Grammatici Scholiastaeque frequentissime sic uterentur, ut nihil nisi finire, exsequi, perficere significaret. Quae res in eam me adduxit opinionem, ut hic quoque glossam pro varia lectione a librariis receptam, a Sophocle autem ita scriptum esse credam:

> *ἀλλ' οὐδὲν εἴργει σοὶ περαίνεσθαι τάδε.*

Suidas: *περᾶναι· τελειῶσαι. περάνῃ· αὐθυπότακτον, ἀντὶ τοῦ τελειώσῃ. — περαίνοντες· τελειοῦντες.* Atque ut videas, quam usitatum Grammaticis verbum *τελειοῦν* fuerit, Hesychius: *περαιωθῆναι· τελειωθῆναι. — περαιούμενοι· τελειούμενοι.* Porro quod Euripides dixit Phoen. 1697.:

νῦν χρησμός, ὦ παῖ, Λοξίου περαίνεται,

id a Scholiasta eius sic explanatur: *νῦν, ὦ θύγατερ, ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος τελειοῦται μαντεία.* Item ad Sophoclis verba, quae hac ipsa in fabula legimus v. 581.:

καὶ πεπείρανται τάδε,

adnotatum a Scholiasta est: *κατείργασται, τετελείωται, καὶ ἤνυσται.* Saepe enim poetae tragici ita usi sunt verbo *περαίνειν,* ut nihil significaret nisi facere, efficere, perficere, exsequi. Cfr. Aiac. v. 22.:

νυκτὸς γὰρ ἡμᾶς τῆσδε πρᾶγος ἄσκοπον
ἔχει περάνας, εἴπερ εἴργασται τάδε.

ubi quid sit *ἔχει περάνας,* poetam ipsum vides explicare sequente verbo *εἴργασται.* Aeschyl. Choeph. 830.:

περαίνων ἐπίμομφον ἄταν

Suppl. 462.:

τί σοι περαίνει μηχανὴ συζωμάτων;

Prom. 57.:

περαίνεται δὴ κοὐ ματᾷ τοὔργον τόδε.

Eurip. Ion. 1569.:

ἀλλ' ὡς περαίνω πρᾶγμα.

Idem vocabulum nunc demum vidi restituendum esse Soph. Antig. v. 369. Ibi nunc vitiosé scribitur:

σοφόν τι τὸ μηχανόεν τέχνας ὑπὲρ ἐλπίδ' ἔχων
ποτὲ μὲν κακόν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει·
νόμους παρείρων χθονὸς
θεῶν τ' ἔνορκον δίκαν ὑψίπολις.

Contra sententia posteriorum horum duorum versuum quae esse debeat, neque per se obscurum est, et recte expositum a Scholiasta: *ὁ πληρῶν τοὺς νόμους καὶ τὴν δικαιοσύνην ὑψίπολις γίνεται, ὅ ἐστιν ἐν τῇ πόλει ὑψηλός.* Itaque scribendum:

νόμους περαίνων χθονός.

Verbo enim *πληροῦν* idem fortasse Grammaticus, Didymum dico, ad explicandum idem illud verbum *περαίνειν* usus est ad Eurip. Phoen. 592., ubi quod a poeta scriptum:

περαίνει δ' οὐδὲν ἡ προθυμία,

hoc modo explicatum est: *περαίνει δὲ ἤτοι πληροῖ οὐδαμῶς ἡ σὴ προθυμία.*

Ad alia antequam progrediar, necesse nunc est, quod supra me facturum promisi, ut sub uno aspectu ponam locos illos omnes huius fabulae, in quibus quae aut superscriptae aut margini appositae glossae essent, eas pro variis lectionibus a librariis habitas expulsisque plerumque genuinis vocabulis in textum, qui dicitur, receptas esse ostendi.

Ita v. 7. *ναίουσ' ἔτι Πλευρῶνι* superscripta et recepta pro *ἔτι* glossa est *ἐν*.

V. 12 sq. *κύτει βούπρῳρος* glossa *τύπῳ ῥούκρανος*.

V. 145. *αὐαίνοντος* glossa *αὐαντικοῦ*.

V. 267. *ὡσεὶ (δὲ δοῦλος ἀνδρὸς) ἀντ' (ἐλευθέρου)* glossa *φωνεῖ — ὡς*.

V. 331. *(λύπην) ἐξ ἐμοῦ νέαν* glossa *πρὸς ἐμοῦ λύπην*.

V. 517. *μετώπων* glossa *κεράτων*.

V. 602. *ταναῦφῆ* glossa *εὐϋφῆ* coll. de Scholl. in Soph. tragg. auctoritate comment. part. I. p. 26 sq.

V. 628. *προςδέγματ' αὐτὴν ὡς ἐδεξάμην φίλα* glossa *φίλως*.

V. 661. *ἴυγγος* glossa *τᾶς πειθοῦς*.

V. 715. *χὤσαπερ θίγῃ* interposita glossa *ἄν*.

V. 787. *ἔστενον (πέτραι)* glossa *ἐκτύπουν*.

V. 829. *ὁ μὴ λεύσσων φῶς* glossa *θανών*.

V. 830. πόνων (λατρείαν) glossa ἐπίπονον.
V. 834. τέκετο glossa ἔτεκε.
V. 835. ἔτι φάος glossa ἅλιον.
V. 837. νάματι glossa ὑφάσματι.
V. 840. θηρός glossa Νέσσου.
Ibidem. ὀλοφῶα glossa φοίνια δολόμυθα.
V. 845. οὐλίαισι glossa ὀλεθρίαισι.
V. 846. * * * glossa στένει.
V. 854. Ζηνὸς κόρον glossa Ἡρακλέα.
V. 879. ἄλαστα glossa σχετλιώτατα.
V. 890. τίς (ἦνεν) glossa πῶς.
V. 960. δόμονδε glossa πρὸς δόμον.
V. 995. ἱερῶν glossa θυμάτων.
Ibidem. οἵων glossa ἀντί.
V. 1046. λόγων πέρα glossa κακά.
V. 1164. (τούτδισι) συμβαίνοντα glossa ἴσα.
V. 1169. (ἥ) μοι glossa τῷ ζῶντι.
V. 1257. περαίνεσθαι glossa τελειοῦσθαι.

De v. 1276.

λ' ίπου μηδὲ σύ, παρθέν', ἐπ' οἴκων,
μεγάλους μὲν ἰδοῦσα νέους θανάτους.

Mirum est, ne Hermannum quidem violata caesura huius versus offensum esse, praesertim cum ne commode quidem dictum adiectivum νέους esse pateat. Quae res facit, ut Sophoclem ita scripsisse credam:

μεγάλους ..ἰν ἰδοῦσ' αἰνοὺς θανάτους.

Adiectivo αἰνός bis praeterea usus est Sophocles, Ai. 706, et O. C. 212.

Postquam illi loci omnes tractati sunt, in quibus mutanda tantum putavi quae in codicibus scripta reperimus, disserendum iam de iis versibus est, qui non corrigendi, sed delendi mihi videntur, quod non a Sophocle scripti, sed ab histrionibus additi sint.

Cognitum autem exploratumque est, poetarum celeberrimorum, Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, fabulas post obitum eorum saepe in scenam productas esse. Cfr. C. Ios. Grysar. de Graecorum trag. etc. p. 2 sqq. Item certis testimoniis comprobatur, id cum fieret, saepe histriones non tantum corrigere poetarum manum mutareque hic illic quae minus apta viderentur vocabula, sed etiam totos versus addere de suo ausos esse, ita ut in ea reciperentur exemplaria, ex quibus orti codices illi sunt, qui usque ad nostra tempora pervenerunt. Cfr. Boeckh. de Graecae trag. princc. etc. p. 12 sqq., C. Ios. Grysar. l. l. p. 6 sqq., Richter. de Aeschyli, Sophoclis, Euripidis Interpretibus Graecis p. 21 sqq. A quibus quae allata scriptorum testimonia sunt, maxime huc pertinentia, non inutile duco ipsa apposuisse.

Plutarch. de Fort. Alexandr. or. II. p. 321. ed. Reisk.: *κωμῳδοὶ δ' ἦσαν οἱ περὶ Λύκωνα τὸν Σκαρφέα· τούτῳ δ' εἴς τινα κωμῳδίαν ἐμβαλόντι στίχον αἰτητικόν, γελάσας ἔδωκε δέκα τάλαντα.*

Scholiasta Eurip. ad Phoen. v. 264. ed. Matth.: *οὐ μεθῶσιν· οἱ μὲν γράφουσιν οὐκ ἐφρῶσιν. οἱ οὖν ὑποκριταὶ διὰ τὸ δυςέκφορον μεταπλάττουσι τὴν λέξιν. καὶ Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ μονοσυλλάβων ῥημάτων, ὅτι διαλαμβάνει περὶ τοῦ φρῶ, ταύτην τὴν χρῆσιν φησίν.*

Idem ad Med. 85.: *τίς δ' οὐχὶ θνητῶν· οὕτως ἀναγνωστέον, τίς δ' οὐχὶ θνητῶν, καὶ στικτέον. εἶτα ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς, ἄρτι γιγνώσκεις τόδε. διὸ καὶ μετὰ τοῦ σ γραπτέον, οἷον τίς οὐκ ἔστι κακὸς εἰς φίλους, εἶτα τὸ ἄρτι γινώσκεις τόδε, οἷον ἄρτι ἔγνωκας, ὅτι ἑαυτοὺς μᾶλλον φιλοῦσιν ἢ τοὺς πέλας. οἱ δὲ ὑποκριταὶ τοῦτο ἀγνοήσαντες τὸ τῆς ἀντιδιαστολῆς μετατιθέασιν εἰς τὸ τίς δ' οὐχὶ θνητῶν τοῦτο γινώσκει σαφῶς.*

Idem ibid. v. 149.: *ἄϊες ὦ Ζεῦ· τὸ ἄϊες ὁ Δίδυμος ὡς πρὸς τὰς τοῦ χοροῦ φησὶ λέγεσθαι ἠκούσατε, καὶ οὐ πρὸς τὸν Δία. ἐν ἤθει οὖν τὸ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς. τοῦτο δὲ Ἀπολλόδωρος τῆς Μηδείας φησίν, ἀπὸ δὲ τοῦ ἰαχὰν τοῦ χοροῦ, ἵν' ἔχῃ λόγον τὸ κἀπιβοᾶται Θέμιν εὐκταίαν Ζῆνά τε, τοὺς δ' ὑποκριτὰς συγχέειν.*

Idem ibid. v. 231.: *ἐν ᾧ γὰρ ἦν· ἐν ᾧ ἦν μοι πάντα, κάκιστος ἀνδρῶν ἐκβέβηκεν. οἱ δ' ὑποκριταὶ οὐ συμπεριφερόμενοι τῷ τρόπῳ λέγουσι γινώσκειν καλῶς.*

Idem ibid. v. 360.: *οὐ γάρ τι δράσεις· Δίδυμος μετὰ τοῦτο φέρει τὸ σιγῇ δόμους εἰςβᾶσ', ἵν' ἔστρωται λέχος, καὶ μέμφεται τοῖς ὑποκριταῖς, ὡς ἀκαίρως αὐτὸν τάσσουσιν.*

Idem ibid. v. 383.: *ἢ θηκτόν· ὧδε καλῶς κεῖται· Δίδυμος σημειοῦται, ὅτι κακῶς οἱ ὑποκριταὶ τάσσουσιν ἐπὶ τῶν δυοῖν τὸ σιγῇ δόμους εἰςβᾶσα, καύσω ἢ σφάξω αὐτούς.*

Idem ibid. v. 899.: *παρεμπολῶντι· — ἰδίως οὖν εἴρηκε πόσει ἀντὶ τοῦ πόσιος. οἱ δὲ ὑποκριταὶ ἀγνοήσαντες γράφουσιν ἀντὶ τοῦ πόσει ἐμοῦ, ὅπερ οὐ δεῖ.*

Idem ad Orest. v. 1352.: *ἀλλὰ κτυπεῖ γάρ· ἐξιών τις ψοφεῖ· τοῦτο γὰρ ἔθος ταῖς θύραις. τούτους δὲ τοὺς τρεῖς στίχους οὐκ ἄν τις συγχωρήσειεν Εὐριπίδου εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν ὑποκριτῶν.*

Auctor argum. Rhesi fabulae p. 273. ed. Matth.: *καὶ ἐν ἐνίοις δὲ τῶν ἀντιγράφων ἕτερός τις φέρεται πρόλογος, πεζὸς πάνυ καὶ οὐ πρέπων Εὐριπίδῃ· καὶ τάχα ἄν τινες τῶν ὑποκριτῶν διεσκευακότες εἶεν αὐτόν. ἔχει δὲ οὕτως* etc.

Ex quibus testimoniis iure meritoque concludi potest, si quando Sophoclis Scholiasta aliquos versus a Didymo aliisve interpretibus antiquioribus spurios esse dici prodat, nihil nisi hoc significari, monuisse grammaticos illos, ab histrionibus eos versus esse additos. Proditum autem id ad duos tantum locos est, Aiac. 839—842.:

καί σφας κακοὺς κάκιστα καὶ πανωλέθρους
ξυναρπάσειαν, ὥςπερ εἰςορῶσ' ἐμὲ
αὐτοσφαγῆ πίπτοντα, τὼς αὐτοσφαγεῖς
πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο.

et Antig. v. 46.:

ἀδελφόν, οὐ γὰρ δὴ προδοῦσ' ἁλώσομαι.

Ad quorum locorum priorem hoc scriptum scholium est: ταῦτα νοθεύεσθαι φασίν, ὑποβληθέντα πρὸς σαφήνειαν τῶν λεγομένων. Ad posteriorem hoc: Δίδυμος δὲ φησίν, ὑπὸ τῶν ὑπομνηματιστῶν τοῦτον τὸν στίχον νενοθεῦσθαι.

Quamvis autem illud ignoremus, qua ratione Didymus cognoverit, additos eos versus ab histrionibus esse, tamen, quin sint ab iis additi, dubitari non posse, certissimis argumentis probavi in Censura Aiac. ab Lobeck. iterum edit. p. 165 sqq. et in Dissert. de Schol. in Soph. tragg. auctoritate Part. I. p. 19 sqq.

Ac Didymi quidem commentarius in Sophoclis tragoedias scriptus si integer nobis servatus esset, cuius exigua tantum pars relicta videtur, mea quidem sententia plurimos versus, qui nunc a Sophocle scripti putantur, editores certe intelligentiores histrionum esse concederent. Nunc autem si quem versum spurium esse ostendas, internis tantum, quae dicuntur, argumentis utens, heu quibus undique conviciis et maledictis exciperis! Quae tamen numquam eam in me vim habebunt, ut, si quem locum indignum poeta illo praestantissimo intellexero, id libere profiteri cuncter, sic existimans, si minus nunc, tamen in posterum exstituros aliquando esse, qui diligenter pensitatis quae attulero argumentis, ineptis interpolationibus eximii poetae fabulas liberasse me iudicent. Quamquam ne nunc quidem defuturos puto, qui, cum divinum poetae ingenium et elegantissimum dicendi genus penitus perspectum habeant, laudandum potius quam reprehendendum ducant, qui, quae a poesi illius stiloque abhorreant, expellenda ex venustissimis eius carminibus esse contendat. Quorum equidem assensum ferre cupiens tractabo iam locos illos, qui mihi ab histrionibus inserti videntur.

Ac de duobus quidem eius generis locis disserendi necessitas iam supra mihi imposita est p. 107 sqq. et p. 144 sqq., ita ut planum fecisse mihi videar, et v. 893 sqq.:

ἔτεκεν, ἔτεκε μεγάλαν
ἁ νέορτος ἅδε νύμφα
δόμοισι τοῖσδ' ἐρινύν.

et v. 999 sq.:

τόδ' ἀκήλητον
μανίας ἄνθος καταδερχθῆναι.

sine dubitatione histrionibus adscribendos esse.

Ab iisdem auctum porro quinque versibus prologum huius fabulae puto. In eo Deianira postquam, ex quo nupserit Herculi, summa se sollicitudine agitatam esse narravit propter perpetuos eius, quos Eurystheus imposuerit, labores, inde a v. 36. haec dicere pergit:

νῦν δ' ἡνίκ' ἄθλων τῶνδ' ὑπερτελὴς ἔφυ,
ἐνταῦθα δὴ μάλιστα ταρβήσασ' ἔχω.
ἐξ οὗ γὰρ ἔκτα κεῖνος Ἰφίτου βίαν,
ἡμεῖς μὲν ἐν Τραχῖνι τῇδ' ἀνάστατοι
ξένῳ παρ' ἀνδρὶ ναίομεν, κεῖνος δ' ὅπου
βέβηκεν, οὐδεὶς οἶδε· πλὴν ἐμοὶ πικρὰς
ὠδῖνας αὐτοῦ προςβαλὼν ἀποίχεται·
σχεδὸν δ' ἐπίσταμαί τι πῆμ' ἔχοντά νιν.
χρόνον γὰρ οὐχὶ βαιόν, ἀλλ' ἤδη δέκα
μῆνας πρὸς ἄλλοις πέντ' ἀκήρυκτος μένει.
κἄστιν τι δεινὸν πῆμα· τοιαύτην ἐμοὶ
δέλτον λιπὼν ἔστειχε, τὴν ἐγὼ θαμὰ
θεοῖς ἀρῶμαι πημονῆς ἄτερ λαβεῖν.

Cuius loci sensum ut recte perspicias, ante omnia paucis explicanda res ea est, quam respicit hic Deianira, pluribus a me expositam in praefatione editionis Gothanae, hoc ipso anno prodituraе. Quindecim enim mensibus ante obitum suum Hercules contumeliam ulturus, qua ab Euryto, rege Oechaliae, affectus erat, filium eius, Iphitum, cum Tirynthem venisset, improvisum de monte altissimo praecipitavit. Propter eam caedem cum de sede sua fugere coactus esset, dum Deianira cum liberis suis Trachinem, oppidum Thessaliae, ad Ceycem, hospitem, concessit, ipse, quo iturus esset, celans uxorem, ita

ab ea discessit, ut relinqueret tabellam veterem, in qua oraculum erat perscriptum eiusmodi, ex quo pateret, Herculi quindecim post Iphiti caedem praeteritis mensibus aut moriendum esse, aut si salvus illud tempus superasset, vitam quietam ac beatam fore. Eò igitur temporis momento, quo haec, quae adscripsimus, verba Deianira profert, cum elapso illo temporis spatio nihildum de Hercule absente inaudivisset, summi metus plenam se esse ait, metusque causam eam, quam exposui, inde a v. 38. reddere incipit. Itaque vss. 38—42. sensum hunc esse patet: *ex quo enim Iphitum occidit, dum ego extorris Trachine versor, ille ubi sit, nemo scit; praeterquam quod mihi discedens eiusmodi sui curam reliquit, quae facit, ut paene suspicer, calamitate eum afflictum teneri.* Cura autem illa Herculis, quam sibi relictam esse Deianira ait, cum ille discederet, si quaeris, cuiusmodi fuerit, cum per se intelligitur, tum e verbis sequentibus, *σχεδὸν δ' ἐπίσταμαί τι πῆμ' ἔχοντα νιν*, certo apparet, ipsam illam tabellam significari, in qua oraculum illud, quod commemoravi, perscriptum erat. Iam etsi minime nego, non potuisse tantum, sed debuisse adeo a poeta eam, quae verbis illis, *πλὴν ἐμοὶ — ἔχοντά νιν*, continetur, sententiam pluribus explicari, tamen ignorare eos poesin Sophoclis contendo, qui ab eo et hoc loco sic ut factum est versibus sequentibus et iterum v. 155 sqq. eandem rem expositam statuant. Illic enim haec scripta sunt:

ὁδὰν γὰρ ἦμος τὴν τελευταίαν ἄναξ
ὡρμᾶτ' ἀπ' οἴκων Ἡρακλῆς, τότ' ἐν δόμοις
λείπει παλαιὰν δέλτον ἐγγεγραμμένην
ξυνθήμαθ', ἁμοὶ πρόσθεν οὐκ ἔτλη ποτέ,
πολλοὺς ἀγῶνας ἐξιών, οὔπω φράσαι.
ἀλλ' ὥς τι δράσων εἶρπε, κοὐ θανούμενος.
νῦν δ' ὡς ἔτ' οὐκ ὢν εἶπε μέν, λέχους ὅτι
χρείη μ' ἑλέσθαι κτῆσιν, εἶπε δ', ἣν τέκνοις
μοῖραν πατρῴας γῆς διαιρετὴν νέμοι,
χρόνον προτάξας, ὡς, τρίμηνος ἡνίκα
χώρας ἀπείη κἀνιαύσιος βεβώς,
τότ' ἢ θανεῖν χρείη σφε τῷδε τῷ χρόνῳ,
ἢ τοῦθ' ὑπεκδραμόντα τοῦ χρόνου τέλος

τὸ λοιπὸν ἤδη ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ.
τοιαῦτ' ἔφραζε πρὸς θεῶν εἱμαρμένα,
ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε
Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.
καὶ τῶνδε ναμέρτεια συμβαίνει χρόνου
τοῦ νῦν παρόντος, ὡς τελεσθῆναι χρεών.

Quo in loco vehementer errare, qui v. 157. pariter atque v. 47. nomine *δέλτος* testamenti tabulam significari putent, in praefatione editionis Gothanae extra omnem dubitationem posui. Immo necessario, quod pluribus ibi planum feci, et hic et v. 47. intelligenda tabella est, in qua oraculum, de quo dixi, expositum erat. Vides igitur, hoc loco, id est v. 155 sqq., quid scriptum fuerit in tabella, quam sibi relictam ab Hercule Deianira ait, cum occiso Iphito discederet, plenissime aptissimeque narrari. Contra adverte, quam parum apte eadem res v. 44—48. post ea, quae praecedunt, exposita sit. Primum est quod displiceant verba haec, *χρόνον γὰρ οὐχὶ βαιόν, ἀλλ' ἤδη*, quibus verbis auditores adduci debebant, ut sollicitudinis illius, qua premi se Deianira dicit, causam hanc potissimum esse crederent, quod non per breve, sed per longum temporis spatium Hercules abesset. Atqui eam unam ob rem metuere se Herculi Deianira dicere hic potuit, quod, quo tempore laborum eius finis futurus erat, quomodo se haberet ille, nondum cognosset. Ea autem quae non modo inutilia, sed etiam aliena ab hoc loco verba sunt, si demseris, ita ut hoc dicat Deianira, ex quindecim enim mensibus nemo scit, ubi sit (idem enim verbis *ἀκήρυκτος μένει* significari patet atque verbis illis, quae ante elata sunt, *οὐδεὶς οἶδεν, ὅπου βέβηκε*), perquam inepte intelligitur, cur sollicita sit de Hercule, eandem iterum causam afferre, quam modo v. 38 sqq. attulit, dicens, *ἐξ οὗ γὰρ ἔκτα κεῖνος Ἰφίτου βίαν, ἡμεῖς μὲν ἐν Τραχῖνι τῇδ' ἀνάστατοι ξένῳ παρ' ἀνδρὶ ναίομεν, κεῖνος δ' ὅπου βέβηκεν, οὐδεὶς οἶδε.* Quorum verborum summam hanc esse vidimus: ex quo enim Iphitum occidit, nemo scit, ubi sit. Inter caedem autem illam Iphiti et id temporis momentum, quo in scenam progressa Deianira haec dicit, interiectos esse quindecim menses, id quod v. 44 sq. primum dici obiicias, hic tam inutilibus alienisque verbis additis

dictum esse, eo incredibilius est, quo accommodatius idem plenissime exponi v. 155 sqq. videmus.

Maiori etiam atque summae adeo offensioni sunt verba v. 46. κἄστιν τι δεινὸν πῆμα, quibus intolerabili ratione idem prorsus dicatur atque dictum modo est v. 43. σχεδὸν δ' ἐπίσταμαί τι πῆμ' ἔχοντά νιν. Cave enim putes, addito adiectivo δεινόν dici aliquid, quod versu illo non contineatur. Sic enim res ferebat, ut, si vivebat Hercules, quo tempore finis laborum futurus erat, certo sciret Deianira, reliquam vitam eum felicissime transacturum esse. Itaque cum timere se ait, ne calamitate afflictus sit, nihil prorsus dicere nisi hoc intelligitur, timere se, ne perierit. Hinc infra v. 73. hoc unum quaerit ex Hyllo filio:

πού δῆτα νῦν ζῶν ἢ θανὼν ἀγγέλλεται;

Postremo adverte, quanta cum perversitate, cur calamitate premi Herculem putet, Deianira iterum verbis sequentibus, τοιαύτην ἐμοὶ δέλτον λιπὼν ἔστειχε, eam ipsam causam afferat, qua se commoveri modo dixerat, ut Herculem calamitate premi putaret, his verbis, πλὴν ἐμοὶ πικρὰς ὠδῖνας αὐτοῦ προσβαλὼν ἀποίχεται.

Haec igitur omnia, quae hactenus notavimus, qui scribi a Sophocle potuisse animum inducat, eum equidem ignorare contendo, qualis ille poeta fuerit, cuius ex fabulis ullum proferri locum posse nego, nisi qui ipse certa interpolationis indicia habeat, in quo, quae modo apte declarata sententia erat, eadem versibus continuo sequentibus adeo perverse paene iisdem verbis praeter ullam necessitatem repetita sit. Accedit, quod, quae sola verba aliquid novi continent, τὴν ἐγὼ θαμὰ θεοῖς ἀρῶμαι πημονῆς ἄτερ λαβεῖν, addita sine dubio versus explendi causa, minime rei accommodata sunt. Nam quamvis recte Neoptolemus, cum ei arma Herculis a Philocteta traderentur, ne perniciem sibi afferrent, optarit invidiamque deprecatus sit, aliaque similia saepe dicta sint, tamen Deianiram non convenit optare, ut tabella illa, quam Hercules discedens reliquit, sine damno esset, quae hoc unum precari deos posset, ut fausta pars oraculi, in tabella illa perscripti, eveniret.

Has ob causas v. 44—48. ab histrione additos indico.

De v. 79 sqq.

Ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν,
ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον, εἰς τὸν ὕστερον
τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον εὐαίων᾽ ἔχων.
ἐν οὖν ῥοπῇ τοιᾷδε κειμένῳ, τέκνον,
οὐκ εἶ ξυνέρξων, ἡνίκ᾽ ἢ σεσώσμεθα,
ἢ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος;
κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ᾽ ἅμα;

Haec qui diligenter perlegat, non poterit non primum in verbis *εἰς τὸν ὕστερον* haerere, sive per se spectatis sive collatis cum iis, quae addita continuo sunt, verbis, *τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον.* Insolenter enim *εἰς τὸν ὕστερον* dictum omisso substantivo *χρόνον.* Cuius ellipsis quod solum exemplum simile allatum a viris doctis est afferrique potuit, *τὸν ἀεὶ*, id ipsum valde dubium est, umquamne Graecis in usu fuerit. Repertum autem apud unum Sophoclem his duobus in locis, Electr. v. 1076.:

προδοτος δὲ μόνα σαλεύει
Ἠλέκτρα τὸν ἀεὶ πατρὸς
δειλαία στενάχουσα.

et Oed. Col. 1584.:

ὡς λελοιπότα
κεῖνον τὸν ἀεὶ βίοτον ἐξεπίστασο.

Quorum locorum in posteriore iam alii monuerunt mire Sophoclem scripturum fuisse, si *τὸν ἀεὶ* accipi pro *τὸν ἀεὶ χρόνον* voluisset, addito statim substantivo *βίοτον*, quocum nemo non auditorum coniungendum articulum putasset. Quod tamen cum fieri recte non possit, ipse Hermannus nuper corruptam codicum scripturam existimavit. In Electr. v. 1075. vel e scholio ad eum locum scripto merito coniicias, mendosam scripturam vulgatam esse. Adnotata enim haec a Scholiasta sunt: *λείπει ἡ περί. περὶ τοῦ πατρὸς στενάχουσα, ὡς τὸ Ὁμηρικόν· τῶν πάντων οὐ τόσσον ὀδύρομαι, ἀχνύμενός περ, ὡς ἑνός. τὸ δὲ ἑξῆς· ἀεὶ τὸν τοῦ πατρὸς μόρον στενάχουσα. ἢ τὸν ἀεὶ εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον.*

Vides, dubitari certe iure posse, quisquamne Graecorum τὸν ἀεί dixerit. Sed ut paulisper concedam dictum esse, similiterque εἰς τὸν ὕστερον fuisse qui dici posse putarent, tamen, sive hoc ipsum scriptum erat sive, quod Reiskius coniecit, εἰς τό γ' ὕστερον, hoc quidem luce clarius est, Sophoclem credi non posse ita dixisse, ut praemissa illa locutione ea adderet verba, quae addita in codicibus reperiuntur, τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον. Quam tautologiam qui alienam a stilo Sophocleo esse recte vidit, G. Dindorfius, eam tamen corrigendi huius loci viam monstravit, quam probari posse non puto. Monuit enim haec:

„Revocandum τὸν λοιπόν, deletis verbis εἰς τὸν ὕστερον, quae, etiamsi supplere liceat quod interpretes sumunt χρόνον, tam inutilia et molesta sunt, ut dubitari vix possit, quin lacunae explendae causa illata sint, Sophocles autem aliud quid scripserit, quod cum praecedentibus verbis ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον coniunctum esset.“

At ut illud difficile est intellectu, quid addi a Sophocle potuerit, quod pertineret ad verba τοῦτον ἄρας ἆθλον, ita credi vix potest, quemquam interpretum, si fuit lacuna, eius explendae causa inepta illa verba adiecturum fuisse. Immo equidem et εἰς τὸν ὕστερον et quae sequuntur verba τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον ab histrione interposita, scriptumque a Sophocle sic esse puto:

ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν,
ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον, εὐαίων' ἔχειν.

Nam cum verba illa, τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν, hoc sensu dicta essent, τὸν βίον τελευτᾶν μέλλει, minime opus erat, ut, quod ad verba εὐαίωνα ἔχειν intelligendum est, substantivum τὸν βίον iterum apponeretur. De ipsa autem locutione illa τὸν βίον εὐαίωνα ἔχω dixi in commentario huius fabulae ad v. 4 sq.

Ab eodem interpolatore non dubium mihi videtur, quin extrema pars huius, quem adscripsi, loci uno versu aucta sit. Nam qui sunt ultimi tres versus, eos non posse ita, ut scripti in codicibus reperiuntur, a Sophocle compositos esse, ab editoribus omnibus dudum intellectum est. Verum emendandi

mendi, quo codices affectos viderunt, alii aliam rationem excogitarunt. Eorum qui maxima est auctoritate apud homines doctos, Hermannus, ut videant lectores, et quid de priorum editorum coniecturis iudicarit, et quid ipse proposuerit, en totam eius adnotationem:

„Brunckius ex Canteri coniectura hos versus ita scriptos dedit:

οὐκ εἶ ξυνέρξων, ἡνίκ' ἢ σεσώσμεθα
κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα,
καὶ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος.

Versum 84. *ἢ πίπτομεν, σοῦ π. ἐξολωλότος,* deleri iusserat R. Bentleius. Idem fecit Dobraeus (vid. Porsoniana Kiddii p. 218.), natum eum ex interpretatione vocis *οἰχόμεσθα* ratus, quod nemini facile persuadeat. Immo, si quidquam, manifestum est, diversarum hic recensionum verba coniuncta esse, quarum altera versum 84. altera 85. habuit. Si quid video, primae editionis fuit hic, *ἢ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος.* Quae Sophocles cum videret minus apte dicta esse, quod de Deianira minus grave verbum *πίπτομεν*, de Hercule autem nimis grave *ἐξολωλότος*, idque sine ulla causa posuisset, emendavit locum, alio posito versu, qui utroque vitio liber esset, ac potius pro diro aliquo Herculis interitu id commemoraret, quod maxime optabat Deianira."

Ac Brunckium quidem, cuius primum meminit Hermannus, iure nemo secutus est; neque enim verisimile, si a poeta profectum esset, quod ille coniecit, pro eo aut librariorum quemquam aut interpretum id scripturum fuisse, quod in codicibus scriptum reperimus. Gravior etiam altera causa est, quod, si scripsisset ita poeta, summa usus tautologia esset, siquidem verborum *οἴχεσθαι* et *πίπτειν* unam eandemque hic fore significationem apparet.

Item iure reiectam ab Hermanno Bentleii coniecturam puto, quamvis probatam Dobraeo et G. Dindorfio; adeo enim usitata fuit verbi *οἴχομαι* significatio illa p e r e u n d i, ut eius explicandae causa totum versum additum esse eo incredibilius sit, cum ne a Scholiastis quidem, plurima saepe explicantibus, quae intellectu facillima sunt, in reliquis locis, in quibus

Vides, dubitari certe iure posse, quisquamne Graecorum *τὸν ἀεί* dixerit. Sed ut paulisper concedam dictum esse, similiterque *εἰς τὸν ὕστερον* fuisse qui dici posse putarent, tamen, sive hoc ipsum scriptum erat sive, quod Reiskius coniecit, *εἰς τό γ' ὕστερον*, hoc quidem luce clarius est, Sophoclem credi non posse ita dixisse, ut praemissa illa locutione ea adderet verba, quae addita in codicibus reperiuntur, *τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον*. Quam tautologiam qui alienam a stilo Sophocleo esse recte vidit, G. Dindorfius, eam tamen corrigendi huius loci viam monstravit, quam probari posse non puto. Monuit enim haec:

„Revocandum *τὸν λοιπόν*, deletis verbis *εἰς τὸν ὕστερον*, quae, etiamsi supplere liceat quod interpretes sumunt *χρόνον*, tam inutilia et molesta sunt, ut dubitari vix possit, quin lacunae explendae causa illata sint, Sophocles autem aliud quid scripserit, quod cum praecedentibus verbis *ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον* coniunctum esset."

At ut illud difficile est intellectu, quid addi a Sophocle potuerit, quod pertineret ad verba *τοῦτον ἄρας ἆθλον*, ita credi vix potest, quemquam interpretum, si fuit lacuna, eius explendae causa inepta illa verba adiecturum fuisse. Immo equidem et *εἰς τὸν ὕστερον* et quae sequuntur verba *τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον* ab histrione interposita, scriptumque a Sophocle sic esse puto:

ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν,
ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον, εὐαίων' ἔχειν.

Nam cum verba illa, *τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν*, hoc sensu dicta essent, *τὸν βίον τελευτᾶν μέλλει*, minime opus erat, ut, quod ad verba *εὐαίωνα ἔχειν* intelligendum est, substantivum *τὸν βίον* iterum apponeretur. De ipsa autem locutione illa *τὸν βίον εὐαίωνα ἔχω* dixi in commentario huius fabulae ad v. 4 sq.

Ab eodem interpolatore non dubium mihi videtur, quin extrema pars huius, quem adscripsi, loci uno versu aucta sit. Nam qui sunt ultimi tres versus, eos non posse ita, ut scripti in codicibus reperiuntur, a Sophocle compositos esse, ab editoribus omnibus dudum intellectum est. Verum emendandi

mendi, quo codices affectos viderunt, alii aliam rationem excogitarunt. Eorum qui maxima est auctoritate apud homines doctos, Hermannus, ut videant lectores, et quid de priorum editorum coniecturis iudicarit, et quid ipse proposuerit, en totam eius adnotationem:

„Brunckius ex Canteri coniectura hos versus ita scriptos dedit:

> *οὐκ εἰ ξυνέρξων, ἡνίκ' ἢ σεσώσμεθα*
> *κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα,*
> *καὶ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος.*

Versum 84. *ἢ πίπτομεν, σοῦ π. ἐξολωλότος,* deleri iusserat R. Bentleius. Idem fecit Dobraeus (vid. Porsoniana Kiddii p. 218.), natum eum ex interpretatione vocis *οἰχόμεσθα* ratus, quod nemini facile persuadeat. Immo, si quidquam, manifestum est, diversarum hic recensionum verba coniuncta esse, quarum altera versum 84. altera 85. habuit. Si quid video, primae editionis fuit hic, *ἢ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος.* Quae Sophocles cum videret minus apte dicta esse, quod de Deianira minus grave verbum *πίπτομεν,* de Hercule autem nimis grave *ἐξολωλότος,* idque sine ulla causa posuisset, emendavit locum, alio posito versu, qui utroque vitio liber esset, ac potius pro diro aliquo Herculis interitu id commemoraret, quod maxime optabat Deianira."

Ac Brunckium quidem, cuius primum meminit Hermannus, iure nemo secutus est; neque enim verisimile, si a poeta profectum esset, quod ille coniecit, pro eo aut librariorum quemquam aut interpretum id scripturum fuisse, quod in codicibus scriptum reperimus. Gravior etiam altera causa est, quod, si scripsisset ita poeta, summa usus tautologia esset, siquidem verborum *οἴχεσθαι* et *πίπτειν* unam eandemque hic fore significationem apparet.

Item iure reiectam ab Hermanno Bentleii coniecturam puto, quamvis probatam Dobraeo et G. Dindorfio; adeo enim usitata fuit verbi *οἴχομαι* significatio illa pereundi, ut eius explicandae causa totum versum additum esse eo incredibilius sit, cum ne a Scholiastis quidem, plurima saepe explicantibus, quae intellectu facillima sunt, in reliquis locis, in quibus

et Antig. v. 46.:

ἀδελφόν. οὐ γὰρ δὴ προδοῦσ' ἁλώσομαι.

Ad quorum locorum priorem hoc scriptum scholium est: ταῦτα νοθεύεσθαι φασίν, ὑποβληθέντα πρὸς σαφήνειαν τῶν λεγομένων. Ad posteriorem hoc: Δίδυμος δὲ φησίν, ὑπὸ τῶν ὑπομνηματιστῶν τοῦτον τὸν στίχον νενοθεῦσθαι.

Quamvis autem illud ignoremus, qua ratione Didymus cognoverit, additos eos versus ab histrionibus esse, tamen, quin sint ab iis additi, dubitari non posse, certissimis argumentis probavi in Censura Aiac. ab Lobeck. iterum edit. p. 165 sqq. et in Dissert. de Schol. in Soph. tragg. auctoritate Part. I. p. 19 sqq.

Ac Didymi quidem commentarius in Sophoclis tragoedias scriptus si integer nobis servatus esset, cuius exigua tantum pars relicta videtur, mea quidem sententia plurimos versus, qui nunc a Sophocle scripti putantur, editores certe intelligentiores histrionum esse concederent. Nunc autem si quem versum spurium esse ostendas, internis tantum, quae dicuntur, argumentis utens, heu quibus undique conviciis et maledictis exciperis! Quae tamen numquam eam in me vim habebunt, ut, si quem locum indignum poeta illo praestantissimo intellexero, id libere profiteri cuncter, sic existimans, si minus nunc, tamen in posterum exstituros aliquando esse, qui diligenter pensitatis quae attulero argumentis, ineptis interpolationibus eximii poetae fabulas liberasse me iudicent. Quamquam ne nunc quidem defuturos puto, qui, cum divinum poetae ingenium et elegantissimum dicendi genus penitus perspectum habeant, laudandum potius quam reprehendendum ducant, qui, quae a poesi illius stiloque abhorreant, expellenda ex venustissimis eius carminibus esse contendat. Quorum equidem assensum ferre cupiens tractabo iam locos illos, qui mihi ab histrionibus inserti videntur.

Ac de duobus quidem eius generis locis disserendi necessitas iam supra mihi imposita est p. 107 sqq. et p. 144 sqq., ita ut planum fecisse mihi videar, et v. 893 sqq.:

ἔτεκεν, ἔτεκε μεγάλαν
ἁ νέορτος ἅδε νύμφα
δόμοισι τοῖσδ' ἐρινύν.

et v. 999 sq.:

τόδ' ἀκήλητον
μανίας ἄνθος καταδερχθῆναι.

sine dubitatione histrionibus adscribendos esse.

Ab iisdem auctum porro quinque versibus prologum huius fabulae puto. In eo Deianira postquam, ex quo nupserit Herculi, summa se sollicitudine agitatam esse narravit propter perpetuos eius, quos Eurystheus imposuerit, labores, inde a v. 36. haec dicere pergit:

νῦν δ' ἡνίκ' ἄθλων τῶνδ' ὑπερτελὴς ἔφυ,
ἐνταῦθα δὴ μάλιστα ταρβήσασ' ἔχω.
ἐξ οὗ γὰρ ἔκτα κεῖνος Ἰφίτου βίαν,
ἡμεῖς μὲν ἐν Τραχῖνι τῇδ' ἀνάστατοι
ξένῳ παρ' ἀνδρὶ ναίομεν, κεῖνος δ' ὅπου
βέβηκεν, οὐδεὶς οἶδε· πλὴν ἐμοὶ πικρὰς
ὠδῖνας αὐτοῦ προςβαλὼν ἀποίχεται·
σχεδὸν δ' ἐπίσταμαί τι πῆμ' ἔχοντά νιν.
χρόνον γὰρ οὐχὶ βαιόν, ἀλλ' ἤδη δέκα
μῆνας πρὸς ἄλλοις πέντ' ἀκήρυκτος μένει.
κἄστιν τι δεινὸν πῆμα· τοιαύτην ἐμοὶ
δέλτον λιπὼν ἔστειχε, τὴν ἐγὼ θαμὰ
θεοῖς ἀρῶμαι πημονῆς ἄτερ λαβεῖν.

Cuius loci sensum ut recte perspicias, ante omnia paucis explicanda res ea est, quam respicit hic Deianira, pluribus a me expositam in praefatione editionis Gothanae, hoc ipso anno prodituræ. Quindecim enim mensibus ante obitum suum Hercules contumeliam ulturus, qua ab Euryto, rege Oechaliae, affectus erat, filium eius, Iphitum, cum Tirynthem venisset, improvisum de monte altissimo praecipitavit. Propter eam caedem cum de sede sua fugere coactus esset, dum Deianira cum liberis suis Trachinem, oppidum Thessaliae, ad Ceycem, hospitem, concessit, ipse, quo iturus esset, celans uxorem, ita

ab ea discessit, ut relinqueret tabellam veterem, in qua oraculum erat perscriptum eiusmodi, ex quo pateret, Herculi quindecim post Iphiti caedem praeteritis mensibus aut moriendum esse, aut si salvus illud tempus superasset, vitam quietam ac beatam fore. Eo igitur temporis momento, quo haec, quae adscripsimus, verba Deianira profert, cum elapso illo temporis spatio nihildum de Hercule absente inaudivisset, summi metus plenam se esse ait, metusque causam eam, quam exposui, inde a v. 38. reddere incipit. Itaque vss. 38—42. sensum hunc esse patet: ex quo enim Iphitum occidit, dum ego extorris Trachine versor, ille ubi sit, nemo scit; praeterquam quod mihi discedens eiusmodi sui curam reliquit, quae facit, ut paene suspicer, calamitate eum afflictum teneri. Cura autem illa Herculis, quam sibi relictam esse Deianira ait, cum ille discederet, si quaeris, cuiusmodi fuerit, cum per se intelligitur, tum e verbis sequentibus, *σχεδὸν δ' ἐπίσταμαί τι πῆμ' ἔχοντα νιν*, certo apparet, ipsam illam tabellam significari, in qua oraculum illud, quod commemoravi, perscriptum erat. Iam etsi minime nego, non potuisse tantum, sed debuisse adeo a poeta eam, quae verbis illis, *πλὴν ἐμοὶ — ἔχοντά νιν*, continetur, sententiam pluribus explicari, tamen ignorare eos poesin Sophoclis contendo, qui ab eo et hoc loco sic ut factum est versibus sequentibus et iterum v. 155 sqq. eandem rem expositam statuant. Illic enim haec scripta sunt:

ὁδὸν γὰρ ἦμος τὴν τελευταίαν ἄναξ
ὡρμᾶτ' ἀπ' οἴκων Ἡρακλῆς, τότ' ἐν δόμοις
λείπει παλαιὰν δέλτον ἐγγεγραμμένην
ξυνθήμαθ', ἁμοὶ πρόσθεν οὐκ ἔτλη ποτέ,
πολλοὺς ἀγῶνας ἐξιών, οὔπω φράσαι.
ἀλλ' ὥς τι δράσων εἶρπε, κοὐ θανούμενος.
νῦν δ' ὡς ἔτ' οὐκ ὢν εἶπε μέν, λέχους ὅτι
χρείη μ' ἑλέσθαι κτῆσιν, εἶπε δ', ἣν τέκνοις
μοῖραν πατρῴας γῆς διαιρετὴν νέμοι,
χρόνον προτάξας, ὡς, τρίμηνος ἡνίκα
χώρας ἀπείη κἀνιαύσιος βεβώς,
τότ' ἢ θανεῖν χρείη σφε τῷδε τῷ χρόνῳ,
ἢ τοῦθ' ὑπεκδραμόντα τοῦ χρόνου τέλος

τὸ λοιπὸν ἤδη ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ.
τοιαῦτ' ἔφραζε πρὸς θεῶν εἱμαρμένα,
ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε
Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.
καὶ τῶνδε ναμέρτεια συμβαίνει χρόνου
τοῦ νῦν παρόντος, ὡς τελεσθῆναι χρεών.

Quo in loco vehementer errare, qui v. 157. pariter atque v. 47. nomine *δέλτος* testamenti tabulam significari putent, in praefatione editionis Gothanae extra omnem dubitationem posui. Immo necessario, quod pluribus ibi planum feci, et hic et v. 47. intelligenda tabella est, in qua oraculum, de quo dixi, expositum erat. Vides igitur, hoc loco, id est v. 155 sqq., quid scriptum fuerit in tabella, quam sibi relictam ab Hercule Deianira ait, cum occiso Iphito discederet, plenissime aptissimeque narrari. Contra adverte, quam parum apte eadem res v. 44—48. post ea, quae praecedunt, exposita sit. Primum est quod displiceant verba haec, *χρόνον γὰρ οὐχὶ βαιόν, ἀλλ' ἤδη*, quibus verbis auditores adduci debebant, ut sollicitudinis illius, qua premi se Deianira dicit, causam hanc potissimum esse crederent, quod non per breve, sed per longum temporis spatium Hercules abesset. Atqui eam unam ob rem metuere se Herculi Deianira dicere hic potuit, quod, quo tempore laborum eius finis futurus erat, quomodo se haberet ille, nondum cognosset. Ea autem quae non modo inutilia, sed etiam aliena ab hoc loco verba sunt, si demseris, ita ut hoc dicat Deianira, ex quindecim enim mensibus nemo scit, ubi sit (idem enim verbis *ἀκήρυκτος μένει* significari patet atque verbis illis, quae ante elata sunt, *οὐδεὶς οἶδεν, ὅπου βέβηκε*), perquam inepte intelligitur, cur sollicita sit de Hercule, eandem iterum causam afferre, quam modo v. 38 sqq. attulit, dicens, *ἐξ οὗ γὰρ ἔκτα κεῖνος Ἰφίτου βίαν, ἡμεῖς μὲν ἐν Τραχῖνι τῇδ' ἀνάστατοι ξένῳ παρ' ἀνδρὶ ναίομεν, κεῖνος δ' ὅπου βέβηκεν, οὐδεὶς οἶδε.* Quorum verborum summam hanc esse vidimus: ex quo enim Iphitum occidit, nemo scit, ubi sit. Inter caedem autem illam Iphiti et id temporis momentum, quo in scenam progressa Deianira haec dicit, interiectos esse quindecim menses, id quod v. 44 sq. primum dici obiicias, hic tam inutilibus alienisque verbis additis

dictum esse, eo incredibilius est, quo accommodatius idem plenissime exponi v. 155 sqq. videmus.

Maiori etiam atque summae adeo offensioni sunt verba v. 46. κἄστιν τι δεινὸν πῆμα, quibus intolerabili ratione idem prorsus dicatur atque dictum modo est v. 43. σχεδὸν δ' ἐπίσταμαί τι πῆμ' ἔχοντά νιν. Cave enim putes, addito adiectivo δεινόν dici aliquid, quod versu illo non contineatur. Sic enim res ferebat, ut, si vivebat Hercules, quo tempore finis laborum futurus erat, certo sciret Deianira, reliquam vitam eum felicissime transacturum esse. Itaque cum timere se ait, ne calamitate afflictus sit, nihil prorsus dicere nisi hoc intelligitur, timere se, ne perierit. Hinc infra v. 73. hoc unum quaerit ex Hyllo filio:

ποῦ δῆτα νῦν ζῶν ἢ θανὼν ἀγγέλλεται;

Postremo adverte, quanta cum perversitate, cur calamitate premi Herculem putet, Deianira iterum verbis sequentibus, τοιαύτην ἐμοὶ δέλτον λιπὼν ἔστειχε, eam ipsam causam afferat, qua se commoveri modo dixerat, ut Herculem calamitate premi putaret, his verbis, πλὴν ἐμοὶ πικρὰς ὠδῖνας αὐτοῦ προσβαλὼν ἀποίχεται.

Haec igitur omnia, quae hactenus notavimus, qui scribi a Sophocle potuisse animum inducat, eum equidem ignorare contendo, qualis ille poeta fuerit, cuius ex fabulis ullum proferri locum posse nego, nisi qui ipse certa interpolationis indicia habeat, in quo, quae modo apte declarata sententia erat, eadem versibus continuo sequentibus adeo perverse paene iisdem verbis praeter ullam necessitatem repetita sit. Accedit, quod, quae sola verba aliquid novi continent, τὴν ἐγὼ θαμὰ θεοῖς ἀρῶμαι πημονῆς ἄτερ λαβεῖν, addita sine dubio versus explendi causa, minime rei accommodata sunt. Nam quamvis recte Neoptolemus, cum ei arma Herculis a Philocteta traderentur, ne perniciem sibi afferrent, optarit invidiamque deprecatus sit, aliaque similia saepe dicta sint, tamen Deianiram non convenit optare, ut tabella illa, quam Hercules discedens reliquit, sine damno esset, quae hoc unum precari deos posset, ut fausta pars oraculi, in tabella illa perscripti, eveniret.

Has ob causas v. 44—48. ab histrione additos indico.

De v. 79 sqq.

Ὡς ἡ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν,
ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον, εἰς τὸν ὕστερον
τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον εὐαίων' ἔχων.
ἐν οὖν ῥοπῇ τοιᾷδε κειμένῳ, τέκνον,
οὐκ εἶ ξυνέρξων, ἡνίκ' ἢ σεσώσμεθα,
ἢ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος;
κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα;

Haec qui diligenter perlegat, non poterit non primum in verbis εἰς τὸν ὕστερον haerere, sive per se spectatis sive collatis cum iis, quae addita continuo sunt, verbis, τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον. Insolenter enim εἰς τὸν ὕστερον dictum omisso substantivo χρόνον. Cuius ellipsis quod solum exemplum simile allatum a viris doctis est afferrique potuit, τὸν ἀεί, id ipsum valde dubium est, umquamne Graecis in usu fuerit. Repertum autem apud unum Sophoclem his duobus in locis, Electr. v. 1076.:

πρόδοτος δὲ μόνα σαλεύει
Ἠλέκτρα τὸν ἀεὶ πατρὸς
δειλαία στενάχουσα.

et Oed. Col. 1584.:

ὡς λελοιπότα
κεῖνον τὸν ἀεὶ βίοτον ἐξεπίστασο.

Quorum locorum in posteriore iam alii monuerunt mire Sophoclem scripturum fuisse, si τὸν ἀεὶ accipi pro τὸν ἀεὶ χρόνον voluisset, addito statim substantivo βίοτον, quocum nemo non auditorum coniungendum articulum putasset. Quod tamen cum fieri recte non possit, ipse Hermannus nuper corruptam codicum scripturam existimavit. In Electr. v. 1075. vel e scholio ad eum locum scripto merito coniicias, mendosam scripturam vulgatam esse. Adnotata enim haec a Scholiasta sunt: λείπει ἡ περί. περὶ τοῦ πατρὸς στενάχουσα, ὡς τὸ Ὁμηρικόν· τῶν πάντων οὐ τόσσον ὀδύρομαι, ἀχνύμενός περ, ὡς ἑνός. τὸ δὲ ἑξῆς· ἀεὶ τὸν τοῦ πατρὸς μόρον στενάχουσα. ἢ τὸν ἀεὶ εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον.

Vides, dubitari certe iure posse, quisquamne Graecorum *τὸν ἀεί* dixerit. Sed ut paulisper concedam dictum esse, similiterque *εἰς τὸν ὕστερον* fuisse qui dici posse putarent, tamen, sive hoc ipsum scriptum erat sive, quod Reiskius coniecit, *εἰς τό γ' ὕστερον*, hoc quidem luce clarius est, Sophoclem credi non posse ita dixisse, ut praemissa illa locutione ea adderet verba, quae addita in codicibus reperiuntur, *τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον*. Quam tautologiam qui alienam a stilo Sophocleo esse recte vidit, G. Dindorfius, eam tamen corrigendi huius loci viam monstravit, quam probari posse non puto. Monuit enim haec:

„Revocandum *τὸν λοιπόν*, deletis verbis *εἰς τὸν ὕστερον*, quae, etiamsi supplere liceat quod interpretes sumunt *χρόνον*, tam inutilia et molesta sunt, ut dubitari vix possit, quin lacunae explendae causa illata sint, Sophocles autem aliud quid scripserit, quod cum praecedentibus verbis *ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον* coniunctum esset."

At ut illud difficile est intellectu, quid addi a Sophocle potuerit, quod pertineret ad verba *τοῦτον ἄρας ἆθλον*, ita credi vix potest, quemquam interpretum, si fuit lacuna, eius explendae causa inepta illa verba adiecturum fuisse. Immo equidem et *εἰς τὸν ὕστερον* et quae sequuntur verba *τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον* ab histrione interposita, scriptumque a Sophocle sic esse puto:

> *ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν,*
> *ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον, εὐαίων' ἔχειν.*

Nam cum verba illa, *τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν*, hoc sensu dicta essent, *τὸν βίον τελευτᾶν μέλλει*, minime opus erat, ut, quod ad verba *εὐαίωνα ἔχειν* intelligendum est, substantivum *τὸν βίον* iterum apponeretur. De ipsa autem locutione illa *τὸν βίον εὐαίωνα ἔχω* dixi in commentario huius fabulae ad v. 4 sq.

Ab eodem interpolatore non dubium mihi videtur, quin extrema pars huius, quem adscripsi, loci uno versu aucta sit. Nam qui sunt ultimi tres versus, eos non posse ita, ut scripti in codicibus reperiuntur, a Sophocle compositos esse, ab editoribus omnibus dudum intellectum est. Verum emendandi

mendi, quo codices affectos viderunt, alii aliam rationem excogitarunt. Eorum qui maxima est auctoritate apud homines doctos, Hermannus, ut videant lectores, et quid de priorum editorum coniecturis iudicarit, et quid ipse proposuerit, én totam eius adnotationem:

„Brunckius ex Canteri coniectura hos versus ita scriptos dedit:

οὐκ εἰ ξυνέρξων, ἡνίκ' ἢ σεσώσμεθα
κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα,
καὶ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος.

Versum 84. ἢ πίπτομεν, σοῦ π. ἐξολωλότος, deleri iusserat R. Bentleius. Idem fecit Dobraeus (vid. Porsoniana Kiddii p. 218.), natum eum ex interpretatione vocis οἰχόμεσθα ratus, quod nemini facile persuadeat. Immo, si quidquam, manifestum est, diversarum hic recensionum verba coniuncta esse, quarum altera versum 84. altera 85. habuit. Si quid video, primae editionis fuit hic, ἢ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος. Quae Sophocles cum videret minus apte dicta esse, quod de Deianira minus grave verbum πίπτομεν, de Hercule autem nimis grave ἐξολωλότος, idque sine ulla causa posuisset, emendavit locum, alio posito versu, qui utroque vitio liber esset, ac potius pro diro aliquo Herculis interitu id commemoraret, quod maxime optabat Deianira."

Ac Brunckium quidem, cuius primum meminit Hermannus, iure nemo secutus est; neque enim verisimile, si a poeta profectum esset, quod ille coniecit, pro eo aut librariorum quemquam aut interpretum id scripturum fuisse, quod in codicibus scriptum reperimus. Gravior etiam altera causa est, quod, si scripsisset ita poeta, summa usus tautologia esset, siquidem verborum οἴχεσθαι et πίπτειν unam eandemque hic fore significationem apparet.

Item iure reiectam ab Hermanno Bentleii coniecturam puto, quamvis probatam Dobraeo et G. Dindorfio; adeo enim usitata fuit verbi οἴχομαι significatio illa pereundi, ut eius explicandae causa totum versum additum esse eo incredibilius sit, cum ne a Scholiastis quidem, plurima saepe explicantibus, quae intellectu facillima sunt, in reliquis locis, in quibus

Sophocles eodem sensu vocabulo illo usus est, umquam alio verbo explanatum sit. Cfr. huius fab. v. 1143. Ai. 1128. El. 809. 1151.

Minime vero amplectendam puto Hermanni sententiam, Sophoclem ipsum opinantis, cum in prima editione scripsisset:

οὐκ εἴ ξυνέρξων, ἡνίκ' ἢ σεσώσμεθα,
ἢ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος.

pro posteriore versu in altera editione hunc posuisse:

κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα.

Recensuisse autem et correxisse Sophoclem hanc fabulam, idem in praefatione edit. Soph. p. XIII sq. hoc modo probare studuit:

„Sed dicam nunc de alia re. Quod in non paucis veterum scriptis factum est, ut, cum duae eorum recensiones circumferrentur, discrepantia alterius in margine adnotata cum altera recensione in unum confunderetur, id etiam in Trachiniis factum esse persuasum habeo. Nam et scripturae quaedam diversitates in hac fabula inveniuntur, quae maiores sunt, quam ut librariis adscribi possint, et versus nonnulli in ea exstant, qui non aliter cum ceteris cohaerere videntur, quam si eos aliorum quorundam versuum loco positos statuamus. In his igitur locis, cum consentaneum sit, quae in prima editione scripta fuerant, cum aliis melioribus a poeta commutata esse, id agendum putavi, ut, ubi variaret tantum scriptura, eam reciperem, quae secundae recensionis esse videretur; ubi autem utriusque versus coniuncti essent, eos, quibus in altera editione aliud quid substituisset poeta, uncis includerem. Sunt illi loci, qui duplicis recensionis suspicionem faciunt, hi: v. 7. 12. 84. 88 sq. 523—525. 784 sq. 894 sq. Vide etiam ad v. 294. 1107."

At primum si bis edidisset correxissetque hanc fabulam Sophocles, quo praestantior ille poeta fuit, eo minus quisquam sibi persuadebit, curas eius secundas in rebus longe minutissimis levissimisque versaturas fuisse. Atqui quae inveniuntur in hac fabula scripturae diversitates, ex quibus Hermannus recensitam eam esse collegit, non modo paucissimae sunt, sed

etiam levissimi momenti, nonnullae adeo tales, ut, cum altera tantum scriptura loci sententiae conveniat, alteram aut ab interprete aut a librariis ortam esse manifestum sit. Ita quae v. 7. a Scholiasta commemoratur scripturae diversitas ὄτλον, eam ne ferri quidem posse, iam supra p. 3 sq. planum fecimus. Item quae scripturae v. 12. et v. 784. (787. ed. Br.) in codicibus exstant, τύπῳ βούκρανος et ἐκτύπουν, si quis recordatus erit, quoties a librariis glossas pro variis lectionibus receptas esse in hanc fabulam probaverimus, num punctum temporis dubitabit, quin eodem modo v. 787. pro eo, quod Diogenes Laertius habet, ἔστενον verbum ἐκτύπουν, et v. 12. pro κύτει βούπρῳρος, quae scriptura apud Strabonem reperitur, sive ab histrione sive ab interprete verba τύπῳ βούκρανος substituta sint?

Ad v. 294. autem (v. 295. ed. Br.) quae olim adnotavit Hermannus, eorum ipsum profecto nunc poenitebit. Ibi enim cum pro πολλή 'στ' ἀνάγκη errore maxime proclivi in duobus codicibus πολλή τ' ἀνάγκη, in uno πολλή δ' ἀνάγκη scriptum sit, ex eo collegit, Sophoclem in priore editione omissis, qui praecedunt, duobus versibus, πολλή γ' ἀνάγκη, in editione altera, si praemiserit duos illos versus, πολλή στ' ἀνάγκη scripsisse.

Item non opus est, ut ea oppugnem, quae ad v. 894 sq. (898 sq. ed. Br.) adnotavit, in quibus quantopere falsus sit vir egregius, nemo non sua sponte intelliget ex iis, quae ipse supra p. 105—110. expromsi.

Porro ipse Hermannus concedet, nihil prorsus effici adnotatione illa, quam ad v. 1107. (1117. ed. Br.) scripsit. Hyllus ibi inde a v. 1104. usque ad v. 1109. ed. Herm. (1114—1119. ed. Br.) haec dicit:

> εἴπερ πάρεστιν ἀντιφωνῆσαι, πάτερ,
> σιγὴν παρασχὼν κλῦθί μου, νοσῶν ὅμως.
> αἰτήσομαι γάρ σ', ὧν δίκαια τυγχάνειν.
> δός μοι σεαυτόν, μὴ τοιοῦτον ὡς δάκνῃ
> θυμῷ δύσοργος. οὐ γὰρ ἂν γνοίης, ἐν οἷς,
> χαίρειν προθυμεῖ, κἀν ὅτοις ἀλγεῖς μάτην.

Ad horum versuum quartum haec monuit Hermannus: „Hunc versum omittunt membranae et cod. Harleianus. Si etiam prae-

cedentem versum omitterent, vestigium hoc esse diversae recensionis putarem.“ At cum non omittant, ipse concedet Hermannus, nullum hic reperiri vestigium duplicis editionis.

Postremo cum v. 88 sq. et v. 523 sqq., ut statim post probabo, non modo nihil faveant Hermanni opinioni, sed adeo prorsus adversentur, utrum tandem maiore cum probabilitate statuetur, hoc uno in loco Sophoclem, cum recenseret hanc fabulam, pro versu aptissimo versum nihilo meliorem substituisse, an, quod cum alibi tum imprimis in hac fabula saepe factum esse novimus, histrionem hic quoque sibi sumsisse, ut pro eo, quod obscurius dictum videretur, aliquid substitueret, quod planissimum esset? Fallitur enim Hermannus, quod in v. 84. ἢ πίπτομεν — ἐξολωλότος de Deianira minus grave verbum esse *πίπτομεν*, de Hercule autem nimis grave *ἐξολωλότος* esse ait. Nam primum notissimum est, et *οἴχεσθαι* et *πίπτειν* saepe a poetis metaphorice sic usurpari, ut nihil significent nisi interire. Tantum autem abest, ut miserior tristiorve interitus verbo *οἴχεσθαι* declaretur, ut illud quidem verbum, quod propria eius potestas abeundi ita fert, pariter de iis, qui sua morte defuncti sunt, atque de illis, qui ante diem obierunt, contra *πίπτειν* nunquam non de iis dicatur, qui violenta morte pereunt. Ita ut unum ex innumeris exemplis afferam, hac ipsa in fabula Hercules v. 1039. ait:

> σὰ μάτηρ ἄθεος, ἂν ὧδ᾽ ἐπίδοιμι πεσοῦσαν
> αὔτως, ὧδ᾽ αὔτως, ὥς μ᾽ ὤλεσεν.

Ex quo sequitur, hoc quidem loco et gravius et accommodatius verbum *πίπτειν* quam *οἴχεσθαι* esse. Non minus constat, *ἐξόλωλα* vel *ὄλωλα* saepissime a poetis tragicis eodem paene sensu atque *τέθνηκα* usurpari, quamquam nemo nescit, pereundi potius quam moriendi significatum habere. Hercules autem si quindecim post Iphiti caedem mensibus occubuit, cum ante diem obisse Deianirae videri deberet, aptissime positum hic verbum *ἐξόλωλα* esse patet. Hoc ipsum autem si quis putet non debuisse diserte eloqui Deianiram, sed intelligendum relinquere spectatoribus, *σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος*, is totius loci rationem non advertisse censendus est, in quo cum id agatur, ut Hyllus, quod adhuc de salute patris minime sollicitus

adeoque eius prorsus immemor fuisse visus esset, quam maxime excitetur commoveaturque ad auxilium, si fieri possit, ei in praesentia praestandum, necessario ille graviter admoneri de summa calamitate debebat, quae ex neglecta patris salute oritura esset. Unde apparet, ad commovendum eius animum nihil aptius dici potuisse quam id, quod scriptum est, *σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος*.

Contra illud minime obscurum est, quid adducere histrionem potuerit, qui partes Deianirae agebat, ut pro eo, de quo modo diximus, v. 84. *ἢ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος*, illum substitueret, qui additus in codicibus reperitur, *κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ᾽ ἅμα*. Videbatur enim solo posito verbo *σεσώσμεθα* Deianira non recte omisisse, qua conditione salvam se suosque fore diceret. Id ut adderet, quod tamen addi a poeta opus non fuit, cum indicatum satis esset verbis praecedentibus, et pro verbo *πίπτομεν* eiusmodi poneret, quod, cum perfecti notionem haberet, melius responderet verbo *σεσώσμεθα*, eo arrogantiae ille progressus est, ut omisso, qui a poeta scriptus erat, versu ipse novum faceret. Quo versu histrionis si usa esset Deianira, quamvis planius, minime tamen melius aptiusve dixisse existimanda esset.

Itaque quae Sophocles Deianiram inde a v. 79. Hyllo respondere fecit, mea quidem sententia haec tantum fuerunt:

ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν,
ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον, εὐαίων᾽ ἔχειν.
ἐν οὖν ῥοπῇ τοιᾷδε κειμένῳ, τέκνον,
οὐκ εἶ ξυνέρξων, ἡνίκ᾽ ἢ σεσώσμεθα,
ἢ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος;

Cui Hyllus:

ἀλλ᾽ εἶμι, μῆτερ· εἰ δὲ θεσφάτων ἐγὼ
βάξιν κατῄδη τῶνδε, κἂν πάλαι παρῆν.
νῦν δ᾽ ὁ ξυνήθης πότμος οὐκ ἐᾷ πατρὸς
ἡμᾶς προταρβεῖν, οὐδὲ δειμαίνειν ἄγαν.
νῦν δ᾽ ὡς ξυνίημ᾽, οὐδὲν ἐλλείψω τὸ μὴ οὐ
πᾶσαν πυθέσθαι τῶνδ᾽ ἀλήθειαν πέρι.

Ad quae haec adnotata ab Hermanno sunt:

„Brunckius vv. 88. 89. collocavit post v. 91., et scripsit ἀλλ' ὁ ξυνήθης πότμος, quo sane id est consecutus, ut neque νῦν δέ ante ὁ ξυνήθης πότμος offenderet, et recte procederet ordo sententiarum. Sed sive ἀλλά illud reponeret sive ferret νῦν δέ, manere in sede sua poterant versus, si ἐᾷ in εἴα mutaretur, quod Vauvilliersio et Billerbeckio, mihique ipsi aliquando in mentem venerat. Ita enim hoc diceret Hyllus: si scissem, quod narras, pridem adfuissem; nunc autem solita patris fortuna non sinebat me metuere; ut vero nunc ex te audio, non cunctabor rem cognoscere. At hic quoque nihil mutandum, sed primae editionis verba eiicienda esse, satis arguere videtur repetitum νῦν δέ. Quod nisi magnopere fallor, illius editionis erant v. 88. 89., iisque finiebatur Hylli oratio. Sed cum videret poeta, consolationem illam facere, ut Hyllus parum sollicitus de patre esse videretur, aliam posuit eamque talem sententiam, in qua nihil esset, quod quis vituperaret.“

Si libere profiteri licet, quid sentiam, minime qua debebat diligentia Hermannus singula verba huius loci advertit. Alioquin longe alia ad eum scripsisset.

Ac primum quidem non potest Sophocles censeri, cum primum hanc fabulam doceret, inepte locutus esse. Ita autem locutus esset, si post verba νῦν μόλις παρῆν, qui in codicibus sequuntur, versus duo, νῦν δ' ὁ ξυνήθης πότμος οὐκ ἐᾷ πατρὸς ἡμᾶς προταρβεῖν, οὐδὲ δειμαίνειν ἄγαν, posuisset, omissis, qui extremo loco collocati reperiuntur, versibus his, νῦν δ' ὡς ξυνίημ', οὐδὲν ἐλλείψω etc. Is enim usus νῦν particulae est, ut ad id ipsum tempus referatur, quod praesens est, dum quis loquitur. Atque hic quidem cum in ipsis illis, quae praecedunt, verbis de tempore praeterito loquatur Hyllus, si ita perrexisset dicere, ut putat Hermannus, hoc diceret: ibo, mater; ac si prius oracula illa nossem, dudum apud Herculem essem. Nunc vero, id est hoc ipso vero tempore non sinit nos sollicitos esse consueta patris fortuna. Quibus verbis hoc significare Hyllum patet: olim quidem erat, quod de Hercule solliciti essemus; hoc vero tempore non est, quod metuamus. Cuiusmodi sententia efferri hic ab Hyllo

non potuit. Modo enim Deianira oracula illa commemoraverat, ex quibus pateret, eo ipso tempore, quo haec dicuntur, in summo discrimine versari Herculem, ipsisque illis commemoratis oraculis adduxerat Hyllum, ut statim properare ad patrem pararet. Oraculis igitur illis cum fidem non deroget, eo ipso tempore, quo secundum oracula illa in summo discrimine Hercules erat, nihil esse, quod de Hercule solliciti essent, dicere nullo modo potuit. Accedit, quod cum isto νῦν particulae significatu prorsus pugnant verba ὁ ξυνήθης πότμος. Simul illud apparet, quominus ἐᾷ in ἐᾶν mutandum censeas, ipsam illam νῦν particulam totiusque loci rationem impedire.

Tantum igitur abest, ut ex iteratis νῦν δέ particulis coniecturam facere recensitae huius fabulae tibi liceat, ut, si umquam, hoc loco certissimum sit, librariorum errore corruptum hunc locum iterataque illa vocabula esse. Ac verissime quidem Brunckius monuit, ita Sophoclem scripsisse:

86 ἀλλ᾽ εἶμι, μῆτερ· εἰ δὲ θεσφάτων ἐγὼ
βάξιν κατῄδη τῶνδε, κἂν πάλαι παρῆν.
νῦν δ᾽ ὡς ξυνίημ᾽, οὐδὲν ἐλλείψω τὸ μὴ οὐ
πᾶσαν πυθέσθαι τῶνδ᾽ ἀλήθειαν πέρι.
90 ἀλλ᾽ ὁ ξυνήθης πότμος οὐκ ἐᾷ πατρὸς
ἡμᾶς προταρβεῖν, οὐδὲ δειμαίνειν ἄγαν.

hoc sensu: ibo, mater; ac si oracula illa prius nossem, iam pridem apud Herculem essem. Nunc vero quoniam novi, nihil praetermittam, quin omnem veritatem exquiram. Verumtamen consueta patris fortuna non sinit nos nimium sollicitos esse ac terreri. Facillimum est autem intellectu, quomodo haec, quae fuit, poetae manus in scripturam vulgatam mutari potuerit. Cum enim v. 88. transscriptis vocabulis νῦν δ᾽ ὡς ξυν librarius oculo aberrasset ad v. 90. verba in eandem syllabam desinentia, ἀλλ᾽ ὁ ξυν, fieri non potuit, quin descriptis his versibus:

νῦν δ᾽ ὡς ξυνήθης πότμος οὐκ ἐᾷ πατρὸς
ἡμᾶς προταρβεῖν, οὐδὲ δειμαίνειν ἄγαν,

postquam errorem suum animadvertit, ne deleret quae iam

scripserat, postponeret extremoque in loco collocaret, qui a poeta praemissi erant, versus hos:

νῦν δ᾽ ὡς ξυνίημ᾽, οὐδὲν ἐλλείψω τὸ μὴ οὐ
πᾶσαν πυθέσθαι τῶνδ᾽ ἀλήθειαν πέρι.

In qua librarii scriptura non mirum est postea exstitisse, qui quod absurdum esse intellexerant, ὡς ante ξυνήθης positum in ὁ articulum mutarent. Addo hoc unum, praeposita ἀλλά particula duorum illorum versuum, quos extremos posuisse Sophoclem dixi, sententiam optimam et accommodatissimam reliquo loco esse. Nunc enim non in praesentia, sed in universum monet Hyllus, eam vulgo felicitatem Herculis esse, ut non sit, quod de salute eius nimis solliciti sint.

Restat, ut dicam de v. 523 sqq. ed. Herm. (v. 526 sqq. ed. Br.), ostendamque, ne eum quidem locum pro argumento recensitae huius a Sophocle fabulae esse posse. Legimus v. 518 sqq. haec:

τότ᾽ ἦν χερός, ἦν δὲ τόξων
πάταγος, ταυρείων τ᾽ ἀνάμιγδα μετώπων·
ἦν δ᾽ ἀμφίπλεκτοι
κλίμακες, ἦν δ᾽ ὀλόεντα
πλίγματα, καὶ στόνος ἀμφοῖν.
ἁ δ᾽ εὐῶπις ἁβρὰ
τηλαυγεῖ παρ᾽ ὄχθῳ
ἧστο, τὸν ὃν προςμένουσ᾽ ἀκοίταν.
ἐγὼ δὲ μάτηρ μὲν οἷα φράζω,
τὸ δ᾽ ἀμφινείκητον ὄμμα νύμφας
ἐλεινὸν ἀμμένει,
κἀπὸ ματρὸς ἄφαρ βέβακεν, ὥςτε πόρτις ἐρήμα.

Ad horum versuum nonum haec adnotavit Hermannus:

„Libri veteres sine interpunctione, ἐγὼ δὲ μάτηρ μὲν οἷα φράζω τόδ᾽ ἀμφινείκητον etc. Ex ed. Turnebi deinde recepta interpunctio et τὸ δ᾽. Atque ita legit Scholiasta, cuius haec sunt verba: ἐγώ, φησίν, ἐνδιαθέτως ὡςεὶ μήτηρ λέγω. Qua sententia nihil hic fingi ineptius potest; neque iniuria Bentleius locum ut corruptum notavit. Longe alia interpretatio in alio scholio prostat: ἐγὼ παρεῖσα τὰ πολλά,

τὰ τέλη λέγω τῶν πραγμάτων. Quae cum sensum praebeat aptissimum, quasi manu ducere videtur ad huiusmodi scripturam, ἐγὼ δὲ τέρθρα μὲν οἷα φράζω. Nam τέρθρα, quae grammatici τέλη interpretantur, sunt summa, capita rei. Possetque huic coniecturae luculenta confirmatio peti ex Erotiano p. 366. et Galeni Lex. Hippocr. p. 578., si verisimile esset, τέρθρα in μάτηρ corrumpi potuisse. Accedit, quod hoc genus metri quintam syllabam solet longam habere; vide ad Electr. 1086., etsi brevis nec legi numerorum, nec analogiae repugnat. Est tamen, nisi fallor, alia quoque ratio, qua sensus is, quem Scholiasta ille indicavit, faciliore mutatione restitui possit; sed eam dubitanter commemoro, cum non habeam exemplum, quo eam plane confirmem. Videndum enim, an forte scripserit poeta, ἐγὼ δ' ὁμαρτῇ μὲν οἷα, φράζω, ego vero coniunctim quidem, qualia illa fuerint, dico. Constructio eadem, quae in Eurip. Iphig. T. 344. τὰ δ' ἐνθάδ' ἡμεῖς οἷα, φροντιούμεθα. Ὁμαρτῇ usurpavit Euripides Hec. 839. Hippol. 1195. Heracl. 139., sed ita, ut etsi coniunctim, maxime in Hecuba, verti possit, tamen etiam simul, eodem tempore vertere liceat, quae usitata significatio est, quamquam propria videtur coniunctim esse. Ceterum alia duo in hoc loco memoratu digna sunt, unum, quod sententia illa, quam Scholiasta in his verbis invenit, non iis, quae de Deianira modo dixit chorus, sed descriptioni pugnae apte adiungitur; in hac enim summatim omnia paucis complexus est; alterum, quod de Deianira eadem res bis narratur, in qua tautologia non immerito haesit Wakefieldius. His argumentis adducor, ut hic quoque duarum editionum scripturam coniunctam esse putem, quarum in altera versum illum, καὶ στόνος ἀμφοῖν, statim exceperit v. 523. (526. ed. Br.) et qui sequuntur usque ad finem carminis, omissis mediis; in altera autem defuerint v. 523—525. (526—528.), quos propterea uncis inclusi."

Itaque in altera editione ita scriptum Hermannus a poeta esse censet:

πλίγματα, καὶ στόνος ἀμφοῖν.
ἐγὼ δὲ μάτηρ μὲν οἷα φράζω,

τὰ δ' ἀμφινείκητον ὄμμα νύμφας
ἐλεινὸν ἀμμένει,
κἀπὸ ματρὸς ἄφαρ βέβακεν, ὥςτε πόρτις ἐρήμα.

in altera sic:

πλήγματα, καὶ στόνος ἀμφοῖν.
ἁ δ' εὐῶπις ἁβρὰ
τηλαυγεῖ παρ' ὄχθῳ
ἧστο, τὸν ὃν προσμένουσ' ἀκοίταν,
κἀπὸ ματρὸς ἄφαρ βέβακεν, ὥςτε πόρτις ἐρήμα.

Cui ne assentiamur, primum hoc obstat, quod ex loco corrupto nihil probari posse certum est. Atqui corrupta verba esse, *ἐγὼ δὲ μάτηρ μὲν οἷα φράζω*, certe ita a Sophocle non potuisse scribi, ipse Hermannus iure meritoque concessit. Quas autem proposuit coniecturas, eas non esse tales, quae recipi possent, cum ipse viderit, non est quod ego verbo demonstrem. Porro eam scimus perfecti graeci significationem esse, ut pro praeterito vel tempore historico a scriptoribus classicis numquam usurpatum sit. Ex quo apparet, non potuisse a Sophocle post verba illa, *ἧστο τὸν ὃν προσμένουσ' ἀκοίταν*, haec addi, *κἀπὸ ματρὸς ἄφαρ βέβακεν, ὥςτε πόρτις ἐρήμα*. Constanter enim *βεβηκέναι* non tantum ivisse aut abiisse, sed simul aut versari aut abesse sive procul esse significat. Addo, debuisse illud Hermannum ostendere, quod neque ostendit neque ostendere facile poterit, ipsam illam, quae verbis his, *κἀπὸ — ἐρήμα*, continetur, sententiam et per se aptam Sophocleamque esse et eius, quem praecessisse putat, loci rationi convenire.

Non minus inepte scripsisset Sophocles, si, quod factum ab eo in prima editione Hermannus sumsit, continuo post verba illa, *καὶ στόνος ἀμφοῖν*, haec adiecisset: *ἐγὼ δὲ μάτηρ μὲν οἷα φράζω, τόδ' — πόρτις ἐρήμα*. Abhorret enim a totius loci ratione praesens *ἀμμένει*, quod ne accipiamus pro praesente historico, quod ipsum praecedentibus verbis minime conveniret, deterremur perfecto, quocum coniunctum est, *βέβηκεν*. Magis etiam miror, non vidisse Hermannum, alienissimum ab hoc loco *ἐγώ* pronomen esse, eo in loco collocatum, ut oppo-

situm alteri nomini esse auditores putare necessario deberent. Atqui quae praecedunt, ab eodem dicta choro sunt, a quo haec, de quibus agitur, dici putantur; neque, de quibus loquitur in praecedentibus chorus, aut Herculi aut Acheloo opponere sese potuit. Postremo sententia ipsa, quam in verbis illis inesse voluit Hermannus, s u m m a t a n t u m r e r u m c a p i t a d i c o sive s u m m a t i m t a n t u m r e m d i c o, nonne prorsus inutilis est?

Non puto pluribus argumentis opus esse, ut evincam, nullum hic vestigium bis editae correctaeque a Sophocle fabulae reperiri. Immo hoc quidem satis certum videtur, verba illa omnia, quae post *ὤλοιτο* addita in codicibus reperiantur, ut nunc sunt scripta, Sophoclis esse iudicari non posse. Cum autem vix videantur ita mutari posse, ut commode adiici iis, quae praecedunt, potuisse pateat, nihil iam reliquum videbitur, quam ut ab histrione profecta credas; quamquam ne hunc quidem adeo ineptum fuisse mihi persuadere possum, ut scriberet, *ἐγὼ δὲ μήτηρ μὲν οἷα φράζω* etc. Itaque de hoc quidem loco aliorum exspecto iudicium, contentus illud probasse, quod probandum erat, duarum editionum scripturam in eo non inveniri.

De v. 166 sqq.

Νῦν δ' ὡς ἔτ' οὐκ ὤν, εἶπε μέν, λέχους ὅτι
χρείη μ' ἑλέσθαι κτῆσιν, εἶπε δ', ἣν τέκνοις
μοῖραν πατρῴας γῆς διαιρετὴν νέμοι,
χρόνον προτάξας, ὡς, τρίμηνον ἡνίκα
χώρας ἀπείη κἀνιαύσιος βεβώς,
τότ' ἢ θανεῖν χρείη σφε τῷδε τῷ χρόνῳ,
ἢ τοῦδ' ὑπεκδραμόντα τοῦ χρόνου τέλος,
τὸ λοιπὸν ἤδη ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ.
τοιαῦτ' ἔφραζε πρὸς θεῶν εἱμαρμένα
τῶν Ἡρακλείων ἐκτελευτᾶσθαι πόνων,
ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε
Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.

Duabus de causis hunc locum adscripsi, quarum prior haec est, ut v. 170. non a Sophocle additum esse ostendam. Ad eum haec adnotavit Hermannus:

„*Ἔφραζε* non *δέλτος*, ut Triclinius putat, sed Hercules, cum ista scripsit. Seidlerus putabat, *τῶν Ἡρακλείων πόνων* pendere ex *τοιαῦτα*, *ἐκτελευτᾶσθαι* autem ex verbo *εἱμαρμένα*. Mihi *ἐκτελευτᾶσθαι* cum *ἔφραζε* coniungendum, *εἱμαρμένα* autem propter additum *πρὸς θεῶν* pro *εἱμαρμένη* dictum videtur: talem Herculis laborum sortem exituram dicebat."

Ac vere quidem Hermannus admonuit, cuiusmodi is, qui v. 170. adiecit, verborum esse structuram voluerit. At cum in ea ipsa sunt, quae vehementer displiceant, tum alia accedunt, ex quibus addi hunc versum a Sophocle non potuisse patet. Primum enim neque Sophocles neque quisquam ceterorum, qui aequales fuere, poetarum *εἱμαρμένον* participio ita usus est, ut pro substantivo *εἱμαρμένη* esset. Quod si intelligi hoc loco poeta voluisset, eo minus dubitari potest, quin positurus fuerit, cum optime per metrum liceret scribi:

τοιάνδ' ἔφραζε πρὸς θεῶν εἱμαρμένην.

Neque enim haereri potuit in verbis *πρὸς θεῶν* ex substantivo *εἱμαρμένην* pendentibus, cuiusmodi loquendi formam familiarissimam tragicis esse constat. Conferatur, ut unum afferam exemplum, Aiac. v. 759. *βαρείαις πρὸς θεῶν δυςπραξίαις.* Eo magis autem necesse erat, ut poneret poeta substantivum *εἱμαρμένην*, si addidisset v. 170., cum genitivi, qui sequuntur, *τῶν Ἡρακλείων πόνων*, ex participio *εἱμαρμένα* apti esse non possint. Diversissima enim esse, quae quis conferenda censeat, exempla a me ad Philoct. 3. ed. sec. allata et Oed. Col. v. 354 sq., sapientiores lectores sua sponte intelligent. Quamquam ne sic quidem locuturum fuisse Sophoclem puto, ut diceret, *πρὸς θεῶν εἱμαρμένην τῶν πόνων*, i. e. deorum decretum de laboribus, quippe cuius locutionis exemplum geminum frustra in fabulis eius quaesiveris.

Porro valde ineptum est adiectivum *Ἡρακλείων*, cum subiectum verbi *ἔφραζε* ipse sit Hercules. Male autem Scho-

liasta: *τῶν ἑαυτοῦ πόνων τὸ τέλος· πολὺ δὲ τὸ τοιοῦτο εἶδος παρὰ ποιηταῖς.* Nam quamvis minime ignorem, et adiectiva nominum propriorum saepe pro genitivis ipsorum nominum propriorum (vide ad Ai. 134. ed. meae) et sua ipsorum nomina pro pronominibus nonnumquam Graecos ut ceteros populos omnes ponere consuevisse, tamen illud certissimum est, hoc sic tantum fieri commode posse et solere, si praecipuam quandam vim esse nominis proprii ostendatur, veluti cum Aiax in fabula cognom. dicit v. 98.:

ὥστ᾽ οὔποτ᾽ Αἴανθ᾽ οἵδ᾽ ἀτιμάσουσ᾽ ἔτι.

ibidemque v. 864.:

τοῦθ᾽ ὑμὶν Αἴας τοὔπος ὕστατον θροεῖ.

Quod non cadit in hunc locum, in quo adiectivum *Ἡρακλείων* praecipua quadam vi praeditum non esse apparet. Tertio male praesentis infinitivus *ἐκτελευτᾶσθαι* pro infinitivo futuri positus est. Quarto ipsa significatio verbi *ἐκτελευτᾶσθαι* aliena ab hoc loco est. Minime enim Herculem, post Iphiti caedem a Deianira discedentem, quid eventurum esset, sed cuiusmodi oracula sibi data a dis essent, uxori narrasse, et per se patet, et e verbis sequentibus intelligitur, *ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.* Adde v. 157 sq. et v. 76 sq. Sola Deianira quo tempore haec profert, cum advenisset tempus, quo eventura erant oracula, ea rata nunc fore dicere potuit, ut dicit v. 173 sqq.

Vides, gravissimis argumentis nos adduci, ut omisso v. 170. Sophoclem ita scripsisse credamus:

τοιαῦτ᾽ ἔφραζε πρὸς θεῶν εἱμαρμένα,
ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε
Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.

hoc sensu: t a l i a d i x i t a d i s d e s t i n a t a e s s e, ut etc.

Contra permirum est, potuisse quemquam assentiri Dobraeo, qui nullo addito argumento hos tres versus spurios esse pronuntiavit:

τότ' ἢ θανεῖν χρείη με τῷδε τῷ χρόνῳ,
ἢ τοῦδ' ὑπεκδραμόντα τοῦ χρόνου τέλος
τὸ λοιπὸν ἤδη ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ.

Cui quamvis satis esset, ita respondere, ut nullo prolato argumento maxime Sophocleos eos versus esse contenderemus, tamen hominum male credulorum causa non est inutile monuisse, si tres illi versus omitterentur, non modo absurdam fore ὡς particulam, v. 164. positam, quippe quae cum solo verbo χρείη coniungi possit, sed etiam omni sensu cariturа esse haec ipsa, de quibus diximus, verba: τοιαῦτ' ἔφραζε πρὸς θεῶν εἱμαρμένα, etc. Ex quibus luculenter apparet, in iis, qui praecedant, versibus oraculum ipsum expositum esse debere. Non esset autem expositum, si omissi essent versus illi, quos deleri Dobraeus voluit.

De v. 252 sqq.

Οὐχ. ἀλλὰ τὸν μὲν πλεῖστον ἐν Λυδοῖς χρόνον
κατείχεθ', ὥς φησ' αὐτός, οὐκ ἐλεύθερος,
ἀλλ' ἐμποληθείς. τοῦ λόγου δ' οὐ χρὴ φθόνον,
γύναι, προςεῖναι, Ζεὺς ὅτου πράκτωρ φανῇ.
κεῖνος δὲ πραθεὶς Ὀμφάλῃ τῇ βαρβάρῳ
ἐνιαυτὸν ἐξέπλησεν, ὡς αὐτὸς λέγει.
χοὔτως ἐδήχθη τοῦτο τοὔνειδος λαβών,
ὥςθ' ὅρκον αὐτῷ προςβαλὼν διώμοσεν,
ἦ μὴν τὸν ἀγχιστῆρα τοῦδε τοῦ πάθους
ξὺν παιδὶ καὶ γυναικὶ δουλώσειν ἔτι.
κοὐχ ἡλίωσε τοὔπος. ἀλλ' ὅθ' ἁγνὸς ἦν,
στρατὸν λαβὼν ἐπακτὸν ἔρχεται πόλιν
τὴν Εὐρυτείαν.

In hoc loco quos ego diductis litteris excudi iussi versus 252. 253., persuasissimum habeo ab histrione adiectos esse, quippe quibus partim inepte repetitum, quod modo dictum, partim inutiliter adiectum, quod alibi expositum, partim perverse

enuntiatum sit, quod Licham, praeconem, qui haec dicit, reticere necessario convenit. Inepte repetita haec sunt, *κεῖνος πραθείς* et *ὡς αὐτὸς λέγει*, quae a Sophocle esse credi nequeunt, a quo dictum modo sit, *ὥς φησ᾽ αὐτός — ἐμποληθείς*. Inutiliter adiectum, per totum annum in Lydia versatum esse Herculem, cum id ipsum iam supra v. 69. narratum sit. Denique perverse enuntiatum, Omphalae, Lydae, Herculem venditum esse. Expositurus enim Lichas de causa oppugnatae eversaeque ab Hercule Oechaliae urbis cum, ne verum dicendo tenerrimum Deianirae animum laedat, aliquam ipse fingat eius rei causam, quam fictam a se esse postea ipse, enixe rogatus, ut verum dicat, confitetur v. *472—483.*, nullo pacto credi potest, cum pro iis, quae exponere iussus erat, ut Deianirae parceret, falsa narrarit, id expromsisse, quod neque opus erat diserte commemorari, cum satis indicatum esset verbis *ἐν Λυδοῖς* v. 248., neque enuntiari potuit, quin vehementer Deianirae animus vulneraretur. Nam cum Hyllus pro simplicitate sua supra v. 69 sq. interroganti Deianirae:

καὶ ποῦ κλύεις νιν, τέκνον, ἱδρῦσθαι χθονός;

ita respondisset:

τὸν μὲν παρελθόντ᾽ ἄροτον ἐν μήκει χρόνου
Λυδῇ γυναικί φασι λατρείαν πονεῖν.

sic illam exclamare poeta fecit:

πᾶν τοίνυν, εἰ καὶ τοῦτ᾽ ἔτλη, κλύοι τις ἄν.

De v. 356 sqq.

Τούτου λέγοντος τἀνδρὸς εἰσήκουσ᾽ ἐγὼ
πολλῶν παρόντων μαρτύρων, ὡς τῆς κόρης
ταύτης ἕκατι κεῖνος Εὔρυτόν θ᾽ ἕλοι
τήν θ᾽ ὑψίπυργον Οἰχαλίαν, Ἔρως δέ νιν
μόνος θεῶν θέλξειεν αἰχμάσαι τάδε·
οὐ τἀπὶ Λυδοῖς, οὐδ᾽ ἐπ᾽ Ὀμφάλῃ πόνων
λατρεύματ᾽, οὐδ᾽ ὁ ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος·

ὃν νῦν παρώσας οὗτος ἔμπαλιν λέγει.
ἀλλ' ἡνίκ' οὐκ ἔπειθε τὸν φυτοσπόρον
τὴν παῖδα δοῦναι, κρύφιον ὡς ἔχοι λέχος,
ἔγκλημα μικρὸν αἰτίαν θ' ἑτοιμάσας,
ἐπιστρατεύει πατρίδα τὴν ταύτης, ἐν ᾗ
τὸν Εὔρυτον τόνδ' εἶπε δεσπόζειν θρόνων·
κτείνει τ' ἄνακτα πατέρα τῆσδε καὶ πόλιν
ἔπερσε.

Narratum iam supra est p. 167 sq., Herculem, ut contumeliam ulcisceretur, qua ab Euryto, rege Oechaliae, affectus erat, filium eius, Iphitum, cum Tirynthem venisset, equas, quae patri abreptae erant, investigaturus, improvisum de monte altissimo praecipitasse. Id facinus graviter indignante Iove ipso, ut occisi Iphiti poenas Euryto redderet, per totum annum Omphalae Lydae in servitutem venditus est. Qua conditione turpissima simulatque liberatus est, adversus Oechaliam, urbem Euboeae, exercitum duxit. Qua urbe expugnata et rege omnique sexu virili occiso cum alias selectas mulieres, tum Iolen, puellam venustissimam, in servitutem abduxit.

Eam expeditionem Lichas, praeco, qui praemissus ab Hercule adduxerat Trachinem Iolen ceterasque mulieres captivas, ne verum dicendo molestiam faceret Deianirae, paulo ante v. 248—286. eam ob causam susceptam ab Hercule esse finxerat, ut Eurytum, primam indignissimae illius servitutis causam, vindicaret. Ab eo enim quae illatae ei erant iniurias ulturus filium eius, Iphitum, per insidias occiderat, cuius caedis expiandae causa Omphalae in servitutem venditus erat.

Contra nuntius hac, quam adscripsi, oratione summoto Licha praecone ficta illa ab eo esse ait docetque Deianiram, Herculem, cum frustra petisset ab Euryto, ut Iolen, filiam, virginem formosissimam, pellicis loco sibi daret, levi usum praetextu contra illum bellum gessisse. Atque ipse etiam Lichas postmodo Deianirae precibus adduci se passus est, ut solius Iolae amore ductum Herculem expeditionem illam suscepisse fateretur (471—483.).

Pauca haec, quae pluribus persecutus sum in praefatione editionis Gothanae, praemittenda putavi, antequam notarem

eos versus, qui mihi huic, quem adscripsi, loco ab histrione inserti videntur. Nego autem primum a Sophocle scriptos esse hos duo:

οὐ τἀπὶ Λυδοῖς, οὐδ' ἐπ' Ὀμφάλῃ πόνων
λατρεύματ', οὐδ' ὁ ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος.

Cuius sententiae causa prima haec est, quod, quae membra cohaerere arctissime manifestum est, inaudita ratione a se invicem versibus illis divelluntur. Certum est enim intellectumque ab interpretibus omnibus, ὅν pronomen relativum, v. 358. positum, ad Amorem deum pertinere. At si inseruntur versus illi, quicquid obloquuntur interpretes quidam, fieri per leges grammaticas non potest, quin pronomen illud relativum ad vocabulum, quod proxime praecedit, *μόρον* referatur.

Deinde versus ipsos si spectamus, non modo inutiliter adiectos, sed etiam cum propter sententiam tum propter formam dicendi indignissimos Sophocle esse reperimus. Inutiliter adiecti sunt, quia, quam negat his versibus nuntius causam oppugnatae Oechaliae fuisse, eam pluribus exposuit is ipse, quem mendacii coarguere vult, Lichas v. 254—280. Inepta sententia primum est, quod, cum dicitur *οὐ τἀπὶ Λυδοῖς, οὐδ' ἐπ' Ὀμφάλῃ πόνων λατρεύματα*, sic existimare auditores coguntur, et Lydis et Omphalae servisse Herculem, cum tamen certum sit, quamdiu in Lydia esset Hercules, in solius Omphalae servitute eum fuisse. Adeo perverse autem ut loqueretur, qui haec adiecit, factum est eo, quod male intellexit, quae supra Lichas dixit v. 248 sqq.:

οὐκ. ἀλλὰ τὸν μὲν πλεῖστον ἐν Λυδοῖς χρόνον
κατείχεθ', ὥς φησ' αὐτός, οὐκ ἐλεύθερος,
ἀλλ' ἐμποληθείς.

Qui cum prudentissime, ut modo vidimus, ne violaret animum Deianirae, illud omisisset adiicere, apud Omphalam feminam, cum in Lydia versaretur, Herculem in servitute fuisse, histrio, qui hos fabricatus est versus, cum de Omphala etiam audivisset (cfr. v. 69 sq.), adeo rei imperitus fuit, ut illo loco decipi se passus, et Lydis et Omphalae servisse Herculem diceret.

Maiorem etiam rei ignorantiam idem prodidit verbis his, οὐδ' ὁ ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος, quae verba ineptissima et ab hoc loco alienissima esse, ex eo apparet, quod, cum ea fuit commemorare et velit et debeat histrio, quibus falso Lichas adductum esse Herculem dixerit, ut Eurytum bello peteret, nullo pacto quas aliis Hercules intulit iniurias, sed quas ipse ab aliis passus est, necessario proferre debebat. Atqui Iphitum, ut vidimus, ipse occidit, atque caede id consecutus est, ut Omphalae venderetur. Immo si quid addere, quod ferri posset, verbis suis, quae praemisit, voluisset histrio, addi hoc unum potuit, non contumelias ab Euryto Herculi illatas, scilicet in causa fuisse, ut cum Euryto Hercules bellum gereret. Denique mira etiam locutio est, ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος, non similis iis, quae conferri solent, φόνος ἀθέλυστος et id genus aliis.

Ab eodem histrione non dubium est, quin duo praeterea versus compositi sint, qui in eodem, quem adscripsimus, loco leguntur. Eorum in altero quamquam iam ante me editores nonnulli haeserunt miramque dicendi formam adverterunt, tamen, qua ratione medendum loco esset, non perspexerunt. Ita ipse Hermannus cum illud optime exposuisset, quid incommode dictum esset, eam proposuit coniecturam, quam ne probemus, adeo linguae graecae usus obstat. Scripsit enim haec ad v. 363. (362. ed. suae):

„Ald. et veteres libri τῶν Εὐρύτου τῶνδ'. Triclinii recensio τὸν Εὔρυτον τῶνδ', et ita etiam cod. Flor. et duo Mss. Brunckii, ac Iuntina secunda, atque, ut videtur, codex Harleianus. Ex codice B Brunckius dedit τὸν Εὔρυτον τόνδ'. Qua scriptura nihil potest inveniri ineptius. Quid enim opus erat, re omni iam declarata non modo dicere, quod iam sciebamus, in patria Ioles regnasse Eurytum, sed id ita etiam dici, ac si ne verum quidem esset, sed Lichas tantum diceret, regem Oechaliae fuisse Eurytum? Lichas vero, an Hercules ipse? Si Lichas, molesta est omissio pronominis ὅδε. Sin Hercules, magis etiam inepta est sententia, siquidem regnabat Oechaliae Eurytus, etiamsi id non diceret Hercules. Erfurdtius, me auctore, hunc versum versui 359. hoc modo continuavit: ὁ δὲν παρῶσας οὗτος, ἔμπαλιν λέγων, τῶν Εὐρύτου τόνδ' εἶπε δεσπόζειν θρόνων.

Tolerabilius hoc foret, nisi mutationis audacia obstaret. Admisi quidem emendationem, quam in hoc versu feceram, sed ordine versuum servato. Sic enim haec accipienda sunt: bello petit huius patriam, in qua Lichas Euryti regnum tenere illum velle dicebat. Id propterea addit nuntius, ut indicet, Licham hoc praetexuisse, ut veram belli causam celaret. De volendi significatione saepe verbis adhaerente dictum ad Aiacem v. 1105."

Contra quem G. Dindorfius nuper in Adnotationibus Oxonii editis:

„Τὸν Εὔρυτον τόνδ', inquit, remansit ex coniectura Hermanni, qui *δεσπόζειν* interpretatur regnum tenere velle (Herculem), quod fieri per linguae leges nequit, neque ullo, quod simile esset, exemplo est demonstratum. *τῶν Εὔρυτον τῶνδ'* Aldina et La, *τὸν Εὔρυτον τῶνδ'* A. T. V. et Flor., *τὸν Εὔρυτον τόνδ'* B, quam veram esse lectionem animadvertit Brunckius, illud vero non magis quam alii vidit, totum versum nihil aliud esse quam ineptum additamentum grammatici."

Concedo Dindorfio, ex iis, quae enotatae sunt, codicum scripturis ad verum proxime accedere illam, quam Brunckius recepit:

τὸν Εὔρυτον τόνδ' εἶπε δεσπόζειν θρόνων.

sed ne hac quidem usum esse eum credo, qui haec scripsit, cum ineptissimum *τόνδε* pronomen sit. Immo quod facillime librariorum errore mutari in eam, quae in codicibus est, scripturam potuit, restituendum scribendumque sic esse puto:

τὸν Εὔρυτον διεῖπε δεσπόζειν θρόνων.

Contra illud facile intelligitur, nullo pacto scribi a Sophocle ita, ut Dindorfius voluit, potuisse:

ἐπιστρατεύει πατρίδα τὴν ταύτης, ἐν ᾗ
κτείνει τ' ἄνακτα πατέρα τῆσδε καὶ πόλιν
ἔπερσε.

Nam ut alia mittam, de quibus statim dicam, cum substantivis *πατρίδα* et *πόλιν* unam eandemque urbem, Oechaliam, significari

Maiorem etiam rei ignorantiam idem prodidit verbis his, οὐδ᾽ ὁ ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος, quae verba ineptissima et ab hoc loco alienissima esse, ex eo apparet, quod, cum ea hic commemorare et velit et debeat histrio, quibus falso Lichas adductum esse Herculem dixerit, ut Eurytum bello peteret, nullo pacto quas aliis Hercules intulit iniurias, sed quas ipse ab aliis passus est, necessario proferre debebat. Atqui Iphitum, ut vidimus, ipse occidit, eaque caede id consecutus est, ut Omphalae venderetur. Immo si quid addere, quod ferri posset, verbis suis, quae praemisit, voluisset histrio, addi hoc unum potuit, non contumelias ab Euryto Herculi illatas, scilicet in causa fuisse, ut cum Euryto Hercules bellum gereret. Denique mira etiam locutio est, ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος, non similis iis, quae conferri solent, φόνος λιθόλευστος et id genus aliis.

Ab eodem histrione non dubium est, quin duo praeterea versus compositi sint, qui in eodem, quem adscripsimus, loco leguntur. Eorum in altero quamquam iam ante me editores nonnulli haeserunt miramque dicendi formam adverterunt, tamen, qua ratione medendum loco esset, non perspexerunt. Ita ipse Hermannus cum illud optime exposuisset, quid incommode dictum esset, eam proposuit coniecturam, quam ne probemus, adeo linguae graecae usus obstat. Scripsit enim haec ad v. 363. (362. ed. suae):

„Ald. et veteres libri τῶν Εὔρυτον τῶνδ᾽. Triclinii recensio τὸν Εὔρυτον τῶνδ᾽, et ita etiam cod. Flor. et duo Mss. Brunckii, ac Iuntina secunda, atque, ut videtur, codex Harleianus. Ex codice B. Brunckius dedit τὸν Εὔρυτον τόνδ᾽. Qua scriptura nihil potest inveniri ineptius. Quid enim opus erat, re omni iam declarata non modo dicere, quod iam sciebamus, in patria Ioles regnasse Eurytum, sed id ita etiam dici, ac si ne verum quidem esset, sed Lichas tantum diceret, regem Oechaliae fuisse Eurytum? Lichas vero, an Hercules ipse? Si Lichas, molesta est omissio pronominis ὅδε. Sin Hercules, magis etiam inepta est sententia, siquidem regnabat Oechaliae Eurytus, etiamsi id non diceret Hercules. Erfurdtius, me auctore, hunc versum versui 360. hoc modo continuavit: ὁ νῦν παρεστὼς οὗτος, ἔμπαλιν λέγων, τῶν Εὐρύτου τόνδ᾽ εἶπε δεσπόζειν θρόνων.

Tolerabilius hoc foret, nisi mutationis audacia obstaret. Admisi quidem emendationem, quam in hoc versu feceram, sed ordine versuum servato. Sic enim haec accipienda sunt: bello petit huius patriam, in qua Lichas Euryti regnum tenere illum velle dicebat. Id propterea addit nuntius, ut indicet, Licham hoc praetexuisse, ut veram belli causam celaret. De volendi significatione saepe verbis adhaerente dictum ad Aiacem v. 1105."

Contra quem G. Dindorfius nuper in Adnotationibus Oxonii editis:

„Τὸν Εὔρυτον τόνδ', inquit, remansit ex coniectura Hermanni, qui δεσπόζειν interpretatur regnum tenere velle (Herculem), quod fieri per linguae leges nequit, neque ullo, quod simile esset, exemplo est demonstratum. τῶν Εὐρυτοῦ τῶνδ' Aldina et La, τὸν Εὔρυτον τῶνδ' A. T. V. et Flor., τὸν Εὔρυτον τόνδ' B, quam veram esse lectionem animadvertit Brunckius, illud vero non magis quam alii vidit, totum versum nihil aliud esse quam ineptum additamentum grammatici."

Concedo Dindorfio, ex iis, quae enotatae sunt, codicum scripturis ad verum proxime accedere illam, quam Brunckius recepit:

τὸν Εὔρυτον τόνδ' εἶπε δεσπόζειν θρόνων.

sed ne hac quidem usum esse eum credo, qui haec scripsit, cum ineptissimum τόνδε pronomen sit. Immo quod facillime librariorum errore mutari in eam, quae in codicibus est, scripturam potuit, restituendam scribendumque sic esse puto:

τὸν Εὔρυτον διεῖπε δεσπόζειν θρόνων.

Contra illud facile intelligitur, nullo pacto scribi a Sophocle ita, ut Dindorfius voluit, potuisse:

ἐπιστρατεύει πατρίδα τὴν ταύτης, ἐν ᾗ
κτείνει τ' ἄνακτα πατέρα τῆσδε καὶ πόλιν
ἔπερσε.

Nam ut alia mittam, de quibus statim dicam, cum substantivis πατρίδα et πόλιν unam eandemque urbem, Oechaliam, significari

Duabus de causis hunc locum adscripsi, quarum prior haec est, ut v. 170. non a Sophocle additum esse ostendam. Ad eum haec adnotavit Hermannus:

„Ἔφραζε non δέλτος, ut Triclinius putat, sed Hercules, cum ista scripsit. Seidlerus putabat, τῶν Ἡρακλείων πόνων pendere ex τοιαῦτα, ἐκτελευτᾶσθαι autem ex verbo εἱμαρμένα. Mihi ἐκτελευτᾶσθαι cum ἔφραζε coniungendum, εἱμαρμένα autem propter additum πρὸς θεῶν pro εἱμαρμένη dictum videtur: talem Herculis laborum sortem exituram dicebat."

Ac vere quidem Hermannus admonuit, cuiusmodi is, qui v. 170. adiecit, verborum esse structuram voluerit. At cum in ea ipsa sunt, quae vehementer displiceant, tum alia accedunt, ex quibus addi hunc versum a Sophocle non potuisse patet. Primum enim neque Sophocles neque quisquam ceterorum, qui aequales fuere, poetarum εἱμαρμένον participio ita usus est, ut pro substantivo εἱμαρμένη esset. Quod si intelligi hoc loco poeta voluisset, eo minus dubitari potest, quin positurus fuerit, cum optime per metrum liceret scribi:

τοιάνδ' ἔφραζε πρὸς θεῶν εἱμαρμένην.

Neque enim haereri potuit in verbis πρὸς θεῶν ex substantivo εἱμαρμένην pendentibus, cuiusmodi loquendi formam familiarissimam tragicis esse constat. Conferatur, ut unum afferam exemplum, Aiac. v. 759. βαρείαις πρὸς θεῶν δυςπραξίαις. Eo magis autem necesse erat, ut poneret poeta substantivum εἱμαρμένην, si addidisset v. 170., cum genitivi, qui sequuntur, τῶν Ἡρακλείων πόνων, ex participio εἱμαρμένα apti esse non possint. Diversissima enim esse, quae quis conferenda censeat, exempla a me ad Philoct. 3. ed. sec. allata et Oed. Col. v. 354 sq., sapientiores lectores sua sponte intelligent. Quamquam ne sic quidem locuturum fuisse Sophoclem puto, ut diceret, πρὸς θεῶν εἱμαρμένην τῶν πόνων, i. e. deorum decretum de laboribus, quippe cuius locutionis exemplum geminum frustra in fabulis eius quaesiveris.

Porro valde ineptum est adiectivum Ἡρακλείων, cum subiectum verbi ἔφραζε ipse sit Hercules. Male autem Scho-

liasta: τῶν ἑαυτοῦ πόνων τὸ τέλος· πολὺ δὲ τὸ τοιοῦτο εἶδος παρὰ ποιηταῖς. Nam quamvis minime ignorem, et adiectiva nominum propriorum saepe pro genitivis ipsorum nominum propriorum (vide ad Ai. 134. ed. meae) et sua ipsorum nomina pro pronominibus nonnunquam Graecos ut ceteros populos omnes ponere consuevisse, tamen illud certissimum est, hoc sic tantum fieri commode posse et solere, si praecipuam quandam vim esse nominis proprii ostendatur, veluti cum Aiax in fabula cognom. dicit v. 98.:

ὥςτ' οὔποτ' Αἴανθ' οἵδ' ἀτιμάσουσ' ἔτι.

ibidemque v. 864.:

τοῦθ' ὑμὶν Αἴας τοὔπος ὕστατον θροεῖ.

Quod non cadit in hunc locum, in quo adiectivum Ἡρακλείων praecipua quadam vi praeditum non esse apparet. Tertio male praesentis infinitivus ἐκτελευτᾶσθαι pro infinitivo futuri positus est. Quarto ipsa significatio verbi ἐκτελευτᾶσθαι aliena ab hoc loco est. Minime enim Herculem, post Iphiti caedem a Deianira discedentem, quid eventurum esset, sed cuiusmodi oracula sibi data a dis essent, uxori narrasse, et per se patet, et e verbis sequentibus intelligitur, ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη. Adde v. 157 sq. et v. 76 sq. Sola Deianira quo tempore haec profert, cum advenisset tempus, quo eventura erant oracula, ea rata nunc fore dicere potuit, ut dicit v. 173 sqq.

Vides, gravissimis argumentis nos adduci, ut omisso v. 170. Sophoclem ita scripsisse credamus:

τοιαῦτ' ἔφραζε πρὸς θεῶν εἱμαρμένα,
ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε
Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.

hoc sensu: t a l i a d i x i t a d i s d e s t i n a t a e s s e, u t etc.

Contra permirum est, potuisse quemquam assentiri Dobraeo, qui nullo addito argumento hos tres versus spurios esse pronuntiavit:

τότ' ἢ θανεῖν χρείη σφε τῷδε τῷ χρόνῳ,
ἢ τοῦδ' ὑπεκδραμόντα τοῦ χρόνου τέλος
τὸ λοιπὸν ἤδη ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ.

Cui quamvis satis esset, ita respondere, ut nullo prolato argumento maxime Sophocleos eos versus esse contenderemus, tamen hominum male credulorum causa non est inutile monuisse, si tres illi versus omitterentur, non modo absurdam fore ὡς particulam, v. 164. positam, quippe quae cum solo verbo χρείη coniungi possit, sed etiam omni sensu cariturа esse haec ipsa, de quibus diximus, verba: τοιαῦτ' ἔφραζε πρὸς θεῶν εἱμαρμένα, etc. Ex quibus luculenter apparet, in iis, qui praecedant, versibus oraculum ipsum expositum esse debere. Non esset autem expositum, si omissi essent versus illi, quos deleri Dobraeus voluit.

De v. 252 sqq.

Οὐκ. ἀλλὰ τὸν μὲν πλεῖστον ἐν Λυδοῖς χρόνον
κατείχεθ', ὥς φησ' αὐτός, οὐκ ἐλεύθερος,
ἀλλ' ἐμποληθείς. τοῦ λόγου δ' οὐ χρὴ φθόνον,
γύναι, προςεῖναι, Ζεὺς ὅτου πράκτωρ φανῇ.
κεῖνος δὲ πραθεὶς Ὀμφάλῃ τῇ βαρβάρῳ
ἐνιαυτὸν ἐξέπλησεν, ὡς αὐτὸς λέγει.
χοὕτως ἐδήχθη τοῦτο τοὔνειδος λαβών,
ὥςθ' ὅρκον αὐτῷ προςβαλὼν διώμοσεν,
ἦ μὴν τὸν ἀγχιστῆρα τοῦδε τοῦ πάθους
ξὺν παιδὶ καὶ γυναικὶ δουλώσειν ἔτι.
κοὐχ ἡλίωσε τοὔπος. ἀλλ' ὅθ' ἁγνὸς ἦν,
στρατὸν λαβὼν ἐπακτὸν ἔρχεται πόλιν
τὴν Εὐρυτείαν.

In hoc loco quos ego diductis litteris excudi iussi versus 252. 253., persuasissimum habeo ab histrione adiectos esse, quippe quibus partim inepte repetitum, quod modo dictum, partim inutiliter adiectum, quod alibi expositum, partim perverse

enuntiatum sit, quod Licham, praeconem, qui haec dicit, reticere necessario convenit. Inepte repetita haec sunt, *κεῖνος πραθείς* et *ὡς αὐτὸς λέγει*, quae scripta a Sophocle esse credi nequeunt, a quo dictum modo sit, *ὥς φησ' αὐτός — ἐμποληθείς*. Inutiliter adiectum, per totum annum in Lydia versatum esse Herculem, cum id ipsum iam supra v. 69. narratum sit. Denique perverse enuntiatum, Omphalae, Lydae, Herculem venditum esse. Expositurus enim Lichas de causa oppugnatae eversaeque ab Hercule Oechaliae urbis cum, ne verum dicendo tenerrimum Deianirae animum laedat, aliquam ipse fingat eius rei causam, quam fictam a se esse postea ipse, enixe rogatus, ut verum dicat, confitetur v. 472—483., nullo pacto credi potest, cum pro iis, quae exponere iussus erat, ut Deianirae parceret, falsa narrarit, id expromsisse, quod neque opus erat diserte commemorari, cum satis indicatum esset verbis *ἐν Λυδοῖς* v. 248., neque enuntiari potuit, quin vehementer Deianirae animus vulneraretur. Nam cum Hyllus pro simplicitate sua supra v. 69 sq. interroganti Deianirae:

καὶ ποῦ κλύεις νιν, τέκνον, ἱδρῦσθαι χθονός;

ita respondisset:

τὸν μὲν παρελθόντ' ἄροτον ἐν μήκει χρόνου
Λυδῇ γυναικί φασι λατρείαν πονεῖν.

sic illam exclamare poeta fecit:

πᾶν τοίνυν, εἰ καὶ τοῦτ' ἔτλη, κλύοι τις ἄν.

De v. 356 sqq.

Τούτου λέγοντος τἀνδρὸς εἰσήκουσ' ἐγὼ
πολλῶν παρόντων μαρτύρων, ὡς τῆς κόρης
ταύτης ἕκατι κεῖνος Εὔρυτόν θ' ἕλοι
τήν θ' ὑψίπυργον Οἰχαλίαν, Ἔρως δέ νιν
μόνος θεῶν θέλξειεν αἰχμάσαι τάδε·
οὐ τἀπὶ Λυδοῖς, οὐδ' ἐπ' Ὀμφάλῃ πόνων
λατρεύματ', οὐδ' ὁ ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος·

ὃν νῦν παρώσας οὗτος ἔμπαλιν λέγει.
ἀλλ' ἡνίκ' οὐκ ἔπειθε τὸν φυτοσπόρον
τὴν παῖδα δοῦναι, κρύφιον ὡς ἔχοι λέχος,
ἔγκλημα μικρὸν αἰτίαν θ' ἑτοιμάσας,
ἐπιστρατεύει πατρίδα τὴν ταύτης, ἐν ᾗ
τὸν Εὔρυτον τόνδ' εἶπε δεσπόζειν θρόνων,
κτείνει τ' ἄνακτα πατέρα τῆσδε καὶ πόλιν
ἔπερσε.

Narratum iam supra est p. 167 sq., Herculem, ut contumeliam ulcisceretur, qua ab Euryto, rege Oechaliae, affectus erat, filium eius, Iphitum, cum Tirynthem venisset, equas, quae patri abreptae erant, investigaturus, improvisum de monte altissimo praecipitasse. Id facinus graviter indignante Iove ipso, ut occisi Iphiti poenas Euryto redderet, per totum annum Omphalae Lydae in servitutem venditus est. Qua conditione turpissima simulatque liberatus est, adversus Oechaliam, urbem Euboeae, exercitum duxit. Qua urbe expugnata et rege omnique sexu virili occiso cum alias selectas mulieres, tum Iolen, puellam venustissimam, in servitutem abduxit.

Eam expeditionem Lichas, praeco, qui praemissus ab Hercule adduxerat Trachinem Iolen ceterasque mulieres captivas, ne verum dicendo molestiam faceret Deianirae, paulo ante v. 248—286. eam ob causam susceptam ab Hercule esse finxerat, ut Eurytum, primam indignissimae illius servitutis causam, vindicaret. Ab eo enim quae illatae ei erant iniurias ulturus filium eius, Iphitum, per insidias occiderat, cuius caedis expiandae causa Omphalae in servitutem venditus erat.

Contra nuntius hac, quam adscripsi, oratione summoto Licha praecone ficta illa ab eo esse ait docetque Deianiram, Herculem, cum frustra petisset ab Euryto, ut Iolen, filiam, virginem formosissimam, pellicis loco sibi daret, levi usum praetextu contra illum bellum gessisse. Atque ipse etiam Lichas postmodo Deianirae precibus adduci se passus est, ut solius Iolae amore ductum Herculem expeditionem illam suscepisse fateretur (471—483.).

Pauca haec, quae pluribus persecutus sum in praefatione editionis Gothanae, praemittenda putavi, antequam notarem

eos versus, qui mihi huic, quem adscripsi, loco ab histrione inserti videntur. Nego autem primum a Sophocle scriptos esse hos duo:

οὐ τἀπὶ Λυδοῖς, οὐδ' ἐπ' Ὀμφάλῃ πόνων
λατρεύματ', οὐδ' ὁ ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος.

Cuius sententiae causa prima haec est, quod, quae membra cohaerere arctissime manifestum est, inaudita ratione a se invicem versibus illis divelluntur. Certum est enim intellectumque ab interpretibus omnibus, *ὅν* pronomen relativum, v. 358. positum, ad Amorem deum pertinere. At si inseruntur versus illi, quicquid obloquuntur interpretes quidam, fieri per leges grammaticas non potest, quin pronomen illud relativum ad vocabulum, quod proxime praecedit, *μόρον* referatur.

Deinde versus ipsos si spectamus, non modo inutiliter adiectos, sed etiam cum propter sententiam tum propter formam dicendi indignissimos Sophocle esse reperimus. Inutiliter adiecti sunt, quia, quam negat his versibus nuntius causam oppugnatae Oechaliae fuisse, eam pluribus exposuit is ipse, quem mendacii coarguere vult, Lichas v. 254—280. Inepta sententia primum est, quod, cum dicitur *οὐ τἀπὶ Λυδοῖς, οὐδ' ἐπ' Ὀμφάλῃ πόνων λατρεύματα*, sic existimare auditores coguntur, et Lydis et Omphalae servisse Herculem, cum tamen certum sit, quamdiu in Lydia esset Hercules, in unius Omphalae servitute eum fuisse. Adeo perverse autem ut loqueretur, qui haec adiecit, factum est eo, quod male intellexit, quae supra Lichas dixit v. 248 sqq.:

οὐχ. ἀλλὰ τὸν μὲν πλεῖστον ἐν Λυδοῖς χρόνον
κατείχεθ', ὥς φησ' αὐτός, οὐκ ἐλεύθερος,
ἀλλ' ἐμποληθείς.

Qui cum prudentissime, ut modo vidimus, ne violaret animum Deianirae, illud omisisset adiicere, apud Omphalam feminam, cum in Lydia versaretur, Herculem in servitute fuisse, histrio, qui hos fabricatus est versus, cum de Omphala etiam audivisset (cfr. v. 69 sq.), adeo rei imperitus fuit, ut illo loco decipi se passus et Lydis et Omphalae servisse Herculem diceret.

Maiorem etiam rei ignorantiam idem prodidit verbis his, οὐδ' ὁ ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος, quae verba ineptissima et ab hoc loco alienissima esse, ex eo apparet, quod, cum ea hic commemorare et velit et debeat histrio, quibus falso Lichas adductum esse Herculem dixerit, ut Eurytum bello peteret, nullo pacto quas aliis Hercules intulit iniurias, sed quas ipse ab aliis passus est, necessario proferre debebat. Atqui Iphitum, ut vidimus, ipse occidit, eaque caede id consecutus est, ut Omphalae venderetur. Immo si quid addere, quod ferri posset, verbis suis, quae praemisit, voluisset histrio, addi hoc unum potuit, non contumelias ab Euryto Herculi illatas, scilicet in causa fuisse, ut cum Euryto Hercules bellum gereret. Denique mira etiam locutio est, ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος, non similis iis, quae conferri solent, φόνος λιθόλευστος et id genus aliis.

Ab eodem histrione non dubium est, quin duo praeterea versus compositi sint, qui in eodem, quem adscripsimus, loco leguntur. Eorum in altero quamquam iam ante me editores nonnulli haeserunt miramque dicendi formam adverterunt, tamen, qua ratione medendum loco esset, non perspexerunt. Ita ipse Hermannus cum illud optime exposuisset, quid incommode dictum esset, eam proposuit coniecturam, quam ne probemus, usus linguae graecae usus obstat. Scripsit enim haec ad v. 363. (362. ed. suae):

„Ald. et veteres libri τῶν Εὐρύτου τῶνδ'. Triclinii recensio τὸν Εὔρυτον τῶνδ', et ita etiam cod. Flor. et duo Mss. Brunckii, ac Iuntina secunda, atque, ut videtur, codex Harleianus. Ex codice B Brunckius dedit τὸν Εὔρυτον τόνδ'. Qua scriptura nihil potest inveniri ineptius. Quid enim opus erat, re omni iam declarata non modo dicere, quod iam sciebamus, in patria Ioles regnasse Eurytum, sed id ita etiam dici, ac si ne verum quidem esset, sed Lichas tantum diceret, regem Oechaliae fuisse Eurytum? Lichas vero, an Hercules ipse? Si Lichas, molesta est omissio pronominis ὅδε. Sin Hercules, magis etiam inepta est sententia, siquidem regnabat Oechaliae Eurytus, etiamsi id non diceret Hercules. Erfurdtius, me auctore, hunc versum versui 358. hoc modo continuavit: ὃ νῦν παρώσας οὗτος, ἔμπαλιν λέγων, τῶν Εὐρύτου τόνδ' εἶπε δεσπόζειν θρόνων.

Tolerabilius hoc foret, nisi mutationis audacia obstaret. Admisi quidem emendationem, quam in hoc versu feceram, sed ordine versuum servato. Sic enim haec accipienda sunt: bello petit huius patriam, in qua Lichas Euryti regnum tenere illum velle dicebat. Id propterea addit nuntius, ut indicet, Licham hoc praetexuisse, ut veram belli causam celaret. De volendi significatione saepe verbis adhaerente dictum ad Aiacem v. 1105."

Contra quem G. Dindorfius nuper in Adnotationibus Oxonii editis:

„Τὸν Εὔρυτον τόνδ', inquit, remansit ex coniectura Hermanni, qui δεσπόζειν interpretatur regnum tenere velle (Herculem), quod fieri per linguae leges nequit, neque ullo, quod simile esset, exemplo est demonstratum. τῶν Εὔρυτον τῶνδ' Aldina et La, τὸν Εὔρυτον τῶνδ' A. T. V. et Flor., τὸν Εὔρυτον τόνδ' B, quam veram esse lectionem animadvertit Brunckius, illud vero non magis quam alii vidit, totum versum nihil aliud esse quam ineptum additamentum grammatici."

Concedo Dindorfio, ex iis, quae enotatae sunt, codicum scripturis ad verum proxime accedere illam, quam Brunckius recepit:

τὸν Εὔρυτον τόνδ' εἶπε δεσπόζειν θρόνων.

sed ne hac quidem usum esse eum credo, qui haec scripsit, cum ineptissimum τόνδε pronomen sit. Immo quod facillime librariorum errore mutari in eam, quae in codicibus est, scripturam potuit, restituendum scribendumque sic esse puto:

τὸν Εὔρυτον διεῖπε δεσπόζειν θρόνων.

Contra illud facile intelligitur, nullo pacto scribi a Sophocle ita, ut Dindorfius voluit, potuisse:

ἐπιστρατεύει πατρίδα τὴν ταύτης, ἐν ᾗ
κτείνει τ' ἄνακτα πατέρα τῆσδε καὶ πόλιν
ἔπερσε.

Nam ut alia mittam, de quibus statim dicam, cur substantivis πατρίδα et πόλιν unam eandemque urbem, Oechaliam, significari

apertum sit, hoc iam diceret nuntius: oppugnat urbem patriam huius, Oechaliam, in qua urbe et patrem eius occidit et urbem, Oechaliam, evertit. Quod absurde dictum est. Nihilominus recte vidit Dindorfius, spurium esse versum 363., sed illud non vidit, ab eodem histrione, qui v. 363. fecit, profectum esse v. 362., ita ut haec tantum scripsisse Sophocles censendus sit:

ἀλλ' ἡνίκ' οὐκ ἔπειθε τὸν φυτοσπόρον
τὴν παῖδα δοῦναι, κρύφιον ὡς ἔχοι λέχος,
ἔγκλημα μικρὸν αἰτίαν θ' ἑτοιμάσας,
κτείνει τ' ἄνακτα πατέρα τῆσδε καὶ πόλιν
ἔπερσε.

Nunc optime procedere orationem nuntii patet, interpolatam ab histrione inutilissimo et molestissimo additamento, in quo praeter illa, quae rectissime iam Hermannus notavit, vehementer etiam displicent verba *πατρίδα τὴν ταύτης*, cum statim post eadem forma poeta utatur, *πατέρα τῆσδε*. Obversata autem histrioni haec adiicienti verba Sophoclis sunt, v. 74. posita:

Εὐβοΐδα χώραν φασίν, Εὐρύτου πόλιν,
ἐπιστρατεύειν αὐτόν, ἢ μέλλειν ἔτι.

De v. 444.

Μὴ πρός σε τοῦ κατ' ἄκρον Οἰταῖον νάπος
Διὸς καταστράπτοντος, ἐκκλέψῃς λόγον.
οὐ γὰρ γυναικὶ τοὺς λόγους ἐρεῖς κακῇ,
οὐδ' ἥτις οὐ κάτοιδε τἀνθρώπων, ὅτι
χαίρειν πέφυκεν οὐχὶ τοῖς αὐτοῖς ἀεί.
Ἔρωτι μέν νυν ὅστις ἀντανίσταται
πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ.
οὗτος γὰρ ἄρχει καὶ θεῶν ὅπως θέλει,
κἀμοῦ γε· πῶς δ' οὐ χἀτέρας, οἵας γ' ἐμοῦ;
ὥστ', εἴ τι τὠμῷ τ' ἀνδρὶ τῇδε τῇ νόσῳ
ληφθέντι μεμπτός εἰμι, κάρτα μαίνομαι,
ἢ τῇδε τῇ γυναικί, τῇ μεταιτίᾳ
τοῦ μηδὲν αἰσχροῦ, μηδ' ἐμοὶ κακοῦ τινος.

Non dubito contendere, Sophoclem, si v. 444. adiecisset, ineptissime locuturum fuisse. Faciunt enim et quae praecedunt verba, οὗτος ἄρχει καὶ θεῶν ὅπως θέλει, et quae ἐμοῦ pronomini addita γὲ particula est, ut sensus hic sit: Amor enim et dis imperat ad arbitrium et mihi adeo. Quod aliter accipi non licet, quam sic, ut hoc dicere Deianira statuatur, difficilius esse, se vinci ab Amore quam deos. Cuiusmodi arrogantiam vel potius insolentiam abhorrere ab ingenio Deianirae, mulieris modestissimae, iam ante me editores quidam sensisse videntur. Sed illud nemo dum advertit, omnino fieri non potuisse, ut Amoris in se Iolenque vim aliquam et potestatem esse Deianira diceret. Nam primum si mulier Graeca, viro nupta, succumbere se Amori deo ait, non possumus id aliter interpretari, quam sic, ut praeter maritum alius viri amore flagrare se fateatur. Nam si vel summo amore mulier maritum suum amplectebatur, non potuisse id ab Amore deo effici dici, qui naturam potestatemque eius dei norit, necessario mihi concedet. Deianiram autem id unum agere per totam hanc fabulam Sophocles facit, quod honestissimam quamque mulierem maxime habere in votis convenit, ut et vita mariti, hominis eximii, servetur et mutuo ab eo amore ametur. Item nullo verbo indicatum a Sophocle est, Iolen amore Herculis captam fuisse; immo ita de ea loquitur, ita eam se gerentem in scenam producit, ut invitissimam in domum eius, a quo misere amabatur, abductam esse appareat.

Haec sola intelligentiores lectores sufficere concedent ad probandam sententiam, quam proposui, v. 444. non scriptum a Sophocle esse. Verum peropportune accidit, ut poeta ipse disertissimis verbis hoc loco doceret, eo ipso quo dixi sensu locutionem illam, Ἔρως ἄρχει γυναικός, accipiendam esse, cum ita pergat: ὥστ' εἴ τι τὠμῷ τ' ἀνδρὶ τῇδε τῇ νόσῳ ληφθέντι μεμπτός εἰμι, κάρτα μαίνομαι, etc. Ex his cum verba τῇδε τῇ νόσῳ ληφθέντι non possint alio referri quam ad locutionem Ἔρως ἄρχει καὶ θεῶν ὅπως θέλει, simulque illud certum sit, Hercules cum dicatur τῇδε τῇ νόσῳ ληφθείς, amorem eius in alienam mulierem, Iolen, significari, luculenter apparet, Deianiram, si elocuta esset verba, quae spuria esse contendi, hoc, quod dicere non potuit,

dicturam fuisse, se quoque praeter Herculem aliorum virorum amore flagrare.

Adiicio hoc unum, ut ineptum illum versum insereret, histrionem eo adductum videri, quod *καί* particulae ante *θεῶν* collocatae vim non esset assecutus. Rectissime autem locutus poeta est, quamvis brevitati consuluerit, ita scribens:

οὗτος γὰρ ἄρχει καὶ θεῶν ὅπως θέλει,
ὥστ' εἴ τι τῷμῷ τ' ἀνδρὶ τῇδε τῇ νόσῳ
ληφθέντι μεμπτός εἰμι, κάρτα μαίνομαι,
ἢ τῇδε τῇ γυναικί, τῇ μεταιτίᾳ
τοῦ μηδὲν αἰσχροῦ, μηδ' ἐμοὶ κακοῦ τινός.

hoc sensu: Amor cum dis adeo imperet, non mirum, marito etiam meo imperare, ita ut insaniam profecto, si succensere aut illi velim, morbo isto laboranti, aut virgini captivae, quae nullius mihi probri nec ullius mali causa fuit.

De v. 585.

Κακὰς δὲ τόλμας μήτ' ἐπισταίμην ἐγώ,
μήτ' ἐκμάθοιμι, τάς τε τολμώσας στυγῶ.
φίλτροις δ' ἐάν που τήνδ' ὑπερβαλώμεθα
τὴν παῖδα καὶ θέλκτροισι τοῖς ἐφ' Ἡρακλεῖ,
μεμηχάνηται τοὔργον, εἴ τι μὴ δοκῶ
πράσσειν μάταιον, εἰ δὲ μή, πεπαύσομαι.

Manifestum est, v. 584. vocabulo *φίλτροις* significari medicamen illud, quo Deianira vestem, quam Herculi missura esset, ad animum eius deliniendum modo tinxisse se ait suadente Nesso, a quo accepit; qui cum daret, eius hanc fore vim praedixit (v. 575 sqq.):

ἔσται φρενός σοι τοῦτο κηλητήριον
τῆς Ἡρακλείας, ὥστε μήτιν' εἰσιδὼν
στέρξει γυναῖκα κεῖνος ἀντὶ σοῦ πλέον.

Itaque verba illa, *φίλτροις ἐάν που τήνδ' ὑπερβαλώμεθα*, hoc sensu dicta sunt: si forte philtris efficere possim, ut amorem, quo in Iolen exarsit, abiiciat, sive, ut plus me quam illam amet.

Quae cum dixisset Sophocles, nego eum adiicere versum illum potuisse, qui in codicibus additus reperitur:

τὴν παῖδα καὶ θέλκτροισι τοῖς ἐφ' Ἡρακλεῖ.

Certissimum est enim, verba haec, *θέλκτροισι τοῖς ἐφ' Ἡρακλεῖ*, meram esse explicationem vocabuli *φίλτροις*, cum, ut Herculem sibi conciliaret Deianira, nulla re aut arte usa sit praeter illud, de quo dixi, medicamen. Ista autem explicatio eo inutilior molestiorque est, quo plenius, quid significet vocabulum *φίλτρα*, verbis praecedentibus declaratum est, eoque magis a stilo Sophocleo abhorret, quod non continuo post vocabulum *φίλτροις* collocata, sed ab eo vocabulo pluribus interpositis verbis seiuncta ita est, ut, qui audiat legatve haec, necessario credere debeat, id quod non est, aliquid novi idque eiusmodi, quod praecipuam vim habeat, verbis *θέλκτροισι τοῖς ἐφ' Ἡρακλεῖ* significari.

Denique inutilissimum est substantivum *τὴν παῖδα*. Saepe enim in praecedentibus qui locuti de eadem illa virgine sunt, solo pronomine indicandam putarunt, ut Lichas v. 476 sqq.

ταύτης ὁ δεινὸς ἵμερός ποθ' Ἡρακλῆ
διῆλθε, καὶ τῆςδ' οὕνεχ' ἡ πολύφθορος
καθῃρέθη πατρῷος Οἰχαλία δόρει.

Item Deianira v. 545.:

τὸ δ' αὖ ξυνοικεῖν τῇδ' ὁμοῦ, τίς ἂν γυνὴ
δύναιτο, κοινωνοῦσα τῶν αὐτῶν γάμων;

Nihil autem ut dubites, quin spurius sit v. 585., eo perficitur, quod ex Eustathio intelligimus, fuisse codices Grammaticorum Alexandrinorum aetate, in quos receptus ille versus non esset. Neque enim Eustathium ipsum istiusmodi codice usum esse credo, sed hausisse potius, quae p. 799, 3. (716, 30.) prodidit, ex Grammatici Alexandrini commentario. Scripsit autem

Hoc quidem argumentum non multum habet [illegible] ipse neque v. 594 [illegible] verba ἐκεῖνο τἀνδρί neque alia sexcenta verear ne [illegible]

loco citato haec: *Σοφοκλῆς δὲ τὸ εἴ που εἰς τὸ ἐάν που μεταλαβών, καθ᾽ ὁμοίαν ἔννοιαν φράζει τό·*

> *φίλτροις ἐάν που τήνδ᾽ ὑπερβαλώμεθα,*
> *μεμηχάνηται τοὔργον,*

ἤγουν ἐμηχανησάμεθα τόδε, ὅπως τόδε τι ἀνύσωμεν.

De v. 684 sqq.

> *Ἐγὼ γὰρ ὧν ὁ θήρ με Κένταυρος, πονῶν*
> *πλευρὰν πικρᾷ γλωχῖνι, προὐδιδάξατο,*
> *παρῆκα θεσμῶν οὐδέν, ἀλλ᾽ ἐσωζόμην,*
> *χαλκῆς ὅπως δύςνιπτον ἐκ δέλτου γραφήν.*
> *καί μοι τάδ᾽ ἦν πρόῤῥητα, καὶ τοιαῦτ᾽ ἔδρων,*
> *τὸ φάρμακον τοῦτ᾽ ἄπυρον ἀκτῖνός τ᾽ ἀεὶ*
> *θερμῆς ἄθικτον ἐν μυχοῖς σώζειν ἐμέ,*
> *ἕως νιν ἀρτίχριστον ἁρμόσαιμί που.*
> *κἄδρων τοιαῦτα.*

Non poteris hic excusare repetitionem verborum *καὶ τοιαῦτ᾽ ἔδρων*, quin ignorare te ostendas, quid Sophocleo stilo accommodatum sit. Item prorsus inutilia sunt v. 684. verba illa, *καί μοι τάδ᾽ ἦν πρόῤῥητα.* Quae res facit, ut Sophoclem ita scripsisse credam:

> *παρῆκα θεσμῶν οὐδέν, ἀλλ᾽ ἐσωζόμην,*
> *χαλκῆς ὅπως δύςνιπτον ἐκ δέλτου γραφήν,*
> *τὸ φάρμακον τοῦτ᾽ ἄπυρον ἀκτῖνός τ᾽ ἀεὶ*
> *θερμῆς ἄθικτον ἐν μυχοῖς σώζειν ἐμέ,*
> *ἕως* etc.

Cuius oratio si quaeris qui factum sit ut inutilissimo isto versu interpolaretur, facilis responsio est, non intellectum ab interpolatore esse, orationem obliquam v. 685 sq. *τὸ φάρμακον τοῦτο* etc. aptam esse e verbis *ὧν ὁ θήρ με — προὐδιδ.*.

Immo cum errore maxime proclivi integrum formari membrum verbis his, *ἐγὼ γὰρ ἂν ὁ θήρ με — δέλτου γραφήν*, creditum esset, ideoque nihil positum videretur, ex quo, quae sequuntur verba, penderent, fieri non potuit, quin ab histrione illo, qui Deianirae partes agebat, istiusmodi versus adderetur, qualis additus in codicibus reperitur.

Post ea, quae modo descripsimus, Deianira haec pergit narrare:

νῦν δ', ὅτ' ἦν ἐργαστέον,
ἔχρισα μὲν κατ' οἶκον ἐν δόμοις κρυφῇ
μαλλῷ, σπάσασα κτησίου βοτοῦ λάχνην,
κἄθηκα συμπτύξασ' ἀλαμπὲς ἡλίου
κοίλῳ ζυγάστρῳ δῶρον, ὥςπερ εἴδετε.
ἔσω δ' ἀποστείχουσα δέρκομαι φάτιν·
ἄφραστον, ἀξύμβλητον ἀνθρώπῳ μαθεῖν.
τὸ γὰρ κάταγμα τυγχάνω ῥίψασά πως
τῆς οἰός, ᾧ προὔχριον, ἐς μέσην φλόγα,
ἀκτῖν' ἐς ἡλιῶτιν· ὡς δ' ἐθάλπετο,
ῥεῖ πᾶν ἄδηλον καὶ κατέψηκται χθονί.

Ex his versum 696. ipse, antequam Dobraei de eo iudicium novi, spurium esse credidi, his causis commotus. Primum cum solum substantivum *τὸ κάταγμα* tractum laneum significet, sive, quibus verbis paulo ante usa est Deianira v. 675., *ἀργῆς οἰὸς εὐέρου πόκος*, non inutiliter tantum, sed inepte etiam genitivus additus est *τῆς οἰός*, eo adeo in loco collocatus, a quo a Sophocle collocatus non esset, nisi praecipua vi praeditus, qua non praeditum eum esse apparet. Deinde magnopere offendor verbis *ᾧ προὔχριον*. Primum enim perquam incommode *ᾧ* pronomen relativum, praecedente proxime substantivo *τῆς οἰός*, referre ad remotius *τὸ κάταγμα* iubemur. Deinde verbum compositum *προὔχριον* sive pro simplici *ἔχριον* usurpatum, sive eo sensu dictum putabis, ut sit *ἀρτίως ἔχριον*, ut paulo ante v. 674 sq. Deianira dixit, neutrum recte aut ex usu Sophoclis factum esse docere poteris. Porro valde insolenter nomen rei, quae uncta sit, omissum est. Quod cave ne defensum eas v. 689 sqq.:

> ἔχρισα μὲν κατ' οἶκον ἐν δόμοις κρυφῇ
> μαλλῷ, σπάσασα κτησίου βοτοῦ λάχνην,
> κἄθηκα συμπτύξασ' ἀλαμπὲς ἡλίου
> κοίλῳ ζυγάστρῳ δῶρον.

Quo in loco est profecto quod mirere, neminem editorum haesisse in verbis *κατ' οἶκον ἐν δόμοις*, cum manifestum sit, Sophoclem alterutrum tantum illorum vocabulorum ponere potuisse. Itaque accusativus obiecti, referendus ad *ἔχρισα*, aut in alterutro vocabulo latet, aut, si aliter scripsit poeta (neque enim quid scripserit, adhuc investigando reperire mihi licuit), adsumendum ad verbum *ἔχρισα* substantivum est *δῶρον*, v. 692. positum. Quod ne fieri commode posse neges interposito v. 690.:

> μαλλῷ, σπάσασα κτησίου βοτοῦ λάχνην,

monendum est, eum ipsum versum valde dubium esse Sophoclesne adiecerit. A quo cum modo dictum esset v. 674 sqq.:

> ᾧ γὰρ τὸν ἐνδυτῆρα πέπλον ἀρτίως
> ἔχριον, ἀργῆς οἰὸς εὐέρου πόκος,
> τοῦτ' ἠφάνισται,

vix persuadere mihi possum, inutilissima verba illa, *μαλλῷ, σπάσασα κτησίου βοτοῦ λάχνην*, statim post addita esse.

Denique summae offensioni sunt in v. 695. verba *ἐς μέσην φλόγα*, quae si per se spectas, velim doceas vel uno exemplo ita a Sophocle dici potuisse, ut non in mediam flammam, sed, id quod dici hic debere certum est, adversus solis radios significarent. Omnino vocabulum *φλόξ*, nisi solis nomine aut addito aut aliqua ratione indicato, de solis radiis non novi umquam dictum esse. Molestiora vero etiam ea verba esse apparet, si advertis, quae continuo sequuntur, *ἀκτῖν' ἐς ἡλιῶτιν*. Quibuscum si quis hoc sensu coniuncta a Sophocle putet, ut significarent, *ἐς μέσην φλόγα ἡλίου*, profecto ille, quid ferat sermo poeticus, nescire se ostendit.

Itaque tam ineptum totum hunc versum esse patet, ut ne ab histrione quidem, sed a grammatico seriore compositus

existimari debeat, cui obversata adeo ea esse credas, quae Seneca eadem de re Herc. Oet. v. 723 sqq. exposuit:

Et forte nulla nube respersus iubar
Laxabat ardens fervidum Titan diem.
Vix ora solvi patitur etiamnunc timor:
Medios in ignes solis et claram facem,
Quo tincta fuerat palla vestisque illita,
Abiectus horret sanguis, et Phoebi coma
Tepefactus ardet.

Ac confirmatur sententia mea eo, quod, quo codice usus is est, qui scholium in hunc locum scripsit (Didymum puto), in eo versum illum non fuisse additum intelligimus. Scriptum autem scholium hoc est: *τὸ γὰρ κάταγμα· τὸ γὰρ ἔριον τοῦ προβάτου μετὰ τὸ χρῖσαι τὸν πέπλον ἔῤῥιψα εἰς τόπον καταλαμπόμενον ὑπὸ τοῦ ἡλίου· τὴν γὰρ αὐγὴν ἀκτῖνα ἡλιῶτιν εἶπεν.*

De v. 1195 sqq.

Ἐνταῦθά νυν χρὴ τοὐμὸν ἐξάραντά σε
σῶμ' αὐτόχειρα καὶ ξὺν οἷς χρήζεις φίλων,
πολλὴν μὲν ὕλην τῆς βαθυῤῥίζου δρυὸς
κείραντα, πολλὸν δ' ἄρσεν' ἐκτεμόνθ' ὁμοῦ
ἄγριον ἔλαιον, σῶμα τοὐμὸν ἐμβαλεῖν,
καὶ πευκίνης λαβόντα λαμπάδος σέλας,
πρῆσαι. γόου δὲ μηδὲν εἰςίτω δάκρυ,
ἀλλ' ἀστένακτος κἀδάκρυτος, εἴπερ εἶ
τοῦδ' ἀνδρός, ἔρξον· εἰ δὲ μή, μενῶ σ' ἐγὼ
καὶ νέρθεν ὢν ἀραῖος εἰςαεὶ βαρύς.

Extremus hic locus est, quem misere interpolatum ab histrione esse evidentissimis argumentis probari posse puto. Indignos enim Sophocle quattuor illos versus esse contendo, quos diductis litteris excudendos curavi. Ac primum quidem nego

ullum in eius fabulis locum reperiri, in quo accusativus obiecti in uno eodemque membro ita ut hic factum est bis enuntiatus sit. Neque enim ea huc pertinent exempla, in quibus pronomen aliquot verbis interiectis perspicuitatis causa repetitum est, de quibus Matthiaeus Gr. Gr. §. 472. 1. egit. In qua dicendi forma quis est qui haerere queat? Hic autem non pronomen repetitum, sed nomen ipsum una cum pronomine possessivo, *σῶμα τοὐμόν*, bis esse positum vides, quamvis unum sit totius membri verbum primarium, *ἐμβαλεῖν*. Hoc solum cum eiusmodi sit, quod gravissimam interpolationis suspicionem moveat, tum alia multa accedunt, ex quibus abiudicandos necessario Sophocli versus illos esse pateat. Eo referendus est primum articulus *τῆς*, adiectivo *βαθυρρίζου* praepositus, intolerabilis propterea, quod de certa quercu sermo nec est nec esse hic potest; porro adiectivum ipsum *βαθυρρίζου*, epitheton eiusmodi, quo non ornatam, sed oneratam inepte orationem esse pateat. Eiusdem prorsus generis est adiectivum *ἄρσενα*, nomini *ἔλαιον* molestissime adiectum. Porro quamquam substantivum *ὕλην* de ligno dici notissimum est, tamen velim vel uno exemplo doceatur, quemquam poetarum classicorum Graecorum *ὕλην δρυός* dixisse, ut l i g n u m q u e r n u m significaret. Item alienum a stilo Sophocleo est, quod, in qua notione nulla est vis praecipua, c a e d e n d i dico, ea duobus adeo diversis verbis, *κείραντα* et *ἐκτεμόντα*, elata est. Denique quod solo infinitivo *πρῆσαι* satis superque poeta declaravit, id inutili verborum pondere v. 1298. extenuatum est. Postremo ne numeri quidem v. 1197. Sophoclei sunt.

Ea autem omnia, quae hactenus notavi, etiamsi more Sophocleo elata essent, tamen profecta a Sophocle non crederem propterea, quod alienum est a persona Herculis et condicione, de ligni genere hic exponere, quo rogus, quo comburi vult, exstruendus sit. Immo eum nihil mandare Hyllo nisi hoc convenit:

ἐνταῦθά νυν χρὴ τοὐμὸν ἐξάραντά σε
σῶμ' αὐτόχειρα καὶ ξὺν οἷς χρῄζεις φίλων
πρῆσαι. γόον δὲ μηδὲν εἰσίτω δάκρυ,
ἀλλ' ἀστένακτος κἀδάκρυτος, εἴπερ εἶ

τοῦδ' ἀνδρός, ἔρξον· εἰ δὲ μή, μενῶ σ' ἐγὼ
καὶ νέρθεν ὢν ἀραῖος εἰσαεὶ βαρύς.

Histrio contra cur interpolatione illa augendum hunc locum putarit, apparet e v. 1213.:

ἢ καὶ πυρᾶς πλήρωμα τῆς εἰρημένης;

In quo cum verba *τῆς εἰρημένης* sic intellexisset, qualem descripsi, quod a Sophocle omissum male credidit, sibi addendum temere putavit. Atqui non dubium est, quin id unum Hercules participio *τῆς εἰρημένης* significare voluerit, in Oeta monte exstruendi, in quo loco rogum exstrui supra iussit.

Ut absolvam quod supra promisi, necesse est, ut in fine huius libelli ex scholiis in Trachinias scriptis eas apponam adnotationes, quas recentiore aevo ab istiusmodi hominibus compositas dixi, qui neque litterarum graecarum scientia satis instructi essent, nec codicibus uterentur integrioribus, quam qui ad nostra tempora servati sunt.

V. 118. *οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ τρέφει, τὸ δ' αὔξει βιότου πολύπονον, ὥςπερ πέλαγος Κρήσιον*] *τὸ αὔξει ἀντὶ τοῦ αὔξεται. οὕτω φησί· τὸ μὲν τῶν κακῶν ἔχει αὐτόν, τὸ δὲ αὔξεται κατ' αὐτοῦ. — Βίου δὲ πέλαγος τὸν χειμαζόμενον βίον.*

V. 119. *ἀναμπλάκητον*] *ἀναμάρτητον καὶ δίκαιον ὄντα.*

V. 129. Recte libri, *ἀλλ' ἔπι πῆμα καὶ χαρὰ πᾶσι κυκλοῦσιν*, nisi quod in La *χαρᾶι* scriptum. Hinc inaudita haec a Scholiasta scripta: *ἐπὶ χαρᾷ δὲ καὶ πήματι πᾶσι κυκλοῦσιν οἱ θεοί. πῆμα δὲ ἀντὶ τοῦ πήματι κατ' ἀποκοπήν.* [*Εἰς τὸ αὐτό.*] *ποτὲ μὲν ἐπὶ πήματι, ποτὲ δὲ ἐπὶ χαρᾷ.*

V. 130. *πᾶσι κυκλοῦσιν*] *τὸ κυκλοῦσιν ἐπὶ τῶν θεῶν.*

V. 144. *τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖςδε· ἡ γὰρ νέα ἡλικία ἐν τοῖς τόποις τῆς ἀμεριμνίας βόσκεται. τὸ δὲ αὐτοῦ*

τινὲς ψιλοῦσι, καὶ νοοῦσιν αὐτόθι, ἔνιοι δὲ δασύνουσιν, ἀντὶ τοῦ ἑαυτοῦ. Τοῖς ἰδίοις ἑαυτοῦ τόποις ἀμερίμνως βόσκεται τὸ νεάζον.

V. 188. *ἐν βουθερεῖ λειμῶνι· μέγα θέρος ἔχοντι*, ὅ ἐστι λήϊον· τὸ γὰρ βου ἐπιτατικόν ἐστιν. ἢ τῷ σφόδρα βαλλομένῳ καὶ καταθερομένῳ, ἤγουν θερμαινομένῳ ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Ἄλλως. βουθερεῖ· ἢ ὄνομα τοῦ λειμῶνος, ἢ πολυθερεῖ· τὸ γὰρ βου ἐπιτατικόν ἐστιν. ὅ ἐστι, πολλάκις θεριζομένῳ, ἵν' εἴπῃ, πολυφόρῳ.

V. 193. *οὐκ εὐμαρείᾳ χρώμενος· οὐ ῥᾳστώνῃ*, οὐ καταφρονήσει σοῦ ἄπεστιν, ἀλλὰ κρινόμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν. τὸ δὲ οὐ πολλῇ ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὀλίγῃ.

V 207. *ὁ μελλόνυμφος·* εἴ τις μελλόνυμφός ἐστιν, εἴτε γεγαμηκώς, ἡκέτω.

V. 217. *τὸν αὐλόν, ὦ τύραννε τᾶς ἐμᾶς φρενός*] ὦ αὐλέ, ἢ ὦ Ἡράκλεις, ἢ ὦ Διόνυσε.

V. 218. *ὑποστρέφων*] τὸ δὲ ὑποστρέφων ἀντὶ τοῦ ἀπὸ λύπης εἰς ἡδονὴν μετάγων ἢ ὑποβάλλων.

V. 223. *ἀντίπρωρα·* ἐναντία, ἀντικείμενα τοῖς προτέροις κακοῖς ἀγαθά.

V. 230. *κατ' ἔργου κτῆσιν·* κατὰ τὴν τοῦ ἔργου πρᾶξιν, τουτέστιν, ἀξίως τῆς Ἡρακλέους ἀρετῆς.

V. 336. *οὕστινας ἄγεις·* ἄγεις ἀντὶ τοῦ ἔπεμψας. ἦσαν δὲ καὶ ἄρσενες μετὰ τῶν αἰχμαλώτων.

V. 365. *καὶ νῦν ὡς ὁρᾷς·* ἀντὶ τοῦ ὡς ἀκούεις. ἥκει δὲ ἀντὶ τοῦ ἐλεύσεται.

V. 402. Hinc usque ad v. 431. quae nuntii verba sunt, in codicibus, qui collati sunt, omnibus falsissime Deianirae tribuuntur. Errorem primus animadvertit Thyrwhittus, cui Brunckius et reliqui editores omnes iure obtemperarunt. Scholiasta autem ille recentior, de quo agitur, non modo non animadvertit mendum librariorum, sed etiam incredibiles proposuit adnotationes. Ita primum ad hunc locum scripsit: *ὡς εἰκός, κάτω νένευκεν ὁ Λίχας. καταἔχουσα οὖν αὐτὸν τῆς χειρὸς φησίν· ἀπόβλεψον εἰς ἐμέ. ὁ δὲ ἀνανεύσας ἔφη, πρὸς τίνα γὰρ νομίζεις με βλέπειν;*

V. 414. *κλύων σέθεν*] εἰκῇ ὁμιλούσης.

V. 416. *καὶ γὰρ οὐ σιγηλὸς εἶ*· ἀντὶ τοῦ σιγηλή.

V. 434. *ἄνθρωπος, ὦ δέσποιν', ἀποστήτω*· περισσὴ ἡ ἀπό ἢ γρ. *παρστήτω*, οἷον ὁ ἄνθρωπος στήτω παρελθὼν εἰς μέσον, ὁ διελέγχων με.

Ibidem. *τὸ γὰρ νοσοῦντι ληρεῖν*· ἀντὶ τοῦ φλυαρεῖν καὶ ἀδολεσχεῖν. νοσοῦντι δὲ ἀντὶ τοῦ νοσούσῃ ὑπὸ ζηλοτυπίας· ἀρσενικῶς δὲ εἶπεν καθολικῶς τὸν λόγον ἐπαγαγών, ἵνα μὴ δόξειεν αὐτὴν διελέγχειν οὕτω· τὸ γὰρ μαινομένῳ συμφλυαρεῖν, ἀνδρός ἐστιν οὐ σώφρονος· προστήτω οὖν, φησίν, ὁ ἄνθρωπος· οὐ γὰρ φιλονεικήσει πρὸς αὐτόν.

V. 468. *σοὶ δ' ἐγὼ φράζω*] οὐκ ἐρῶ γὰρ τῷ Ἡρακλεῖ.

V. 550. *πόσις*· πρόσις τις ὤν, παρὰ τὸ προςιέναι.

V. 574. *θρέμμα Λερναίας ὕδρας*] περιφραστικῶς ἡ ὕδρα.

V. 748 sq. Vitiose hic in plerisque codicibus scribitur *καὶ κατὰ γλῶσσαν*, quod dudum uno consensu ab editoribus correctum est scriptumque *κοὐ κατὰ γλῶσσαν*. Scholiasta contra nihil vitii suspicans inepte haec adnotavit: τὰ μὲν ἑώρακα πάσχοντος, τὰ δὲ ἀνοιμώζοντος ἤκουσα. Idem rursus: *καὶ κατὰ γλῶσσαν κλύων*· ἀντὶ τοῦ ἀνοιμώξαντος αὐτοῦ κατὰ τὴν γλῶσσαν.

V. 810. *θέμις δ' ἐπεί μοι τὴν θέμιν*· θέμις δέ ἐστιν ἡμᾶς καταρᾶσθαί σοι, ἐπεὶ σὺ προτέρα τὴν θέμιν ἀπέῤῥιψας καὶ παρεῖδες. ἐὰν δὲ *προὔλαβες*, ἀντὶ τοῦ φθάσασα τὴν θέμιν καὶ οὐκ ἐξεδέξω, ἕως τι κατὰ τὸ δίκαιον πράξῃς. Vide quae p. 57. exposuimus.

V. 826. *ἀναδοχὰν τελεῖν πόνων*] ἀναδοχὰν δὲ ἀνάπαυσιν, ἀνακωχήν, ἀναδοχήν.

V. 838. *φάσματι*] προςκεκολλημένος τῷ ἰῷ, ἢ τῷ ὀλέθρῳ, παρὰ τὸ πεφάσθαι, τὸ πεφονεῦσθαι. Confer quae supra p. 71 sqq. de hoc loco exposuimus.

V. 843. *ἄοκνον*] τὴν ὀξεῖαν καὶ ἀμέλλητον, ἢ πολύοκνον, ὅ ἐστι πολύφοβον, κατ' ἐπίτασιν δὲ τὸ α.

V. 846. *οὔτι προςέβαλε*] οὐκ ἔγνω, οὐ συνῆκεν.

Ibidem. *τὰ δ' ἀπ' ἀλλόθρου*] ἀλλοφώνου, ὅτι ἀπὸ τῆς Νέσσου φωνῆς γέγονεν ἡ κατὰ Ἡρακλέα συμφορά. Οἷον τῆς ἄλλα εἰπούσης καὶ οὐ τὰ ἀληθῆ. Ἢ ἀλλοφώνου, ὡς ἠλλαγμένην τοῦ Νέσσου φωνὴν ἔχοντος.

V. 850. *ἁ δ' ἐρχομένα μοῖρα*· ἡ προςδοκωμένη κακομοιρία τοῦ Ἡρακλέους ἐμφέρει μεγάλην ἑτέραν ἄτην. προςδοκῶσι δέ, ὅτι ἀπολλυμένου Ἡρακλέους αὐτόχειρ ἑαυτῆς γενήσεται.

V. 855. *ὦ πόποι*· φεῦ, φεῦ, κακόν, φησί, γέγονε τῷ Ἡρακλεῖ, οἷον οὐδὲ παρὰ τοῖς πολεμίοις ἀνοίκτιστον σιωπηθήσεται. τὸ γὰρ οὔπω ἀντὶ τοῦ οὐχί.

V. 857. *ἀπέμολε πάθος*· ἀντὶ τοῦ ἀπομόλοι. οἷον οὐδέποτε ἀπὸ τῶν πολεμίων γένοιτο.

V. 858. *προμάχου δορός*· τὸ προμάχου ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους ληπτέον, οἷον τοῦ πρὸ πάντων μαχομένου.

V. 859. *θοάν*] ἀντὶ τοῦ θοῶς· τινὲς δὲ τὴν ταχέως νυμφευθεῖσαν.

V. 883. *αὐτὴν διηΐστωσεν*] αὐτὴ ἑαυτὴν ἀφανῆ ἀπὸ τοῦ βίου ἐποίησεν.

V. 885. *τάνδ' αἰχμὰν βέλεος*· περιφραστικῶς τὸ βέλος. Βέλος δὲ εἶπεν τὴν Δηϊάνειραν, ὅτι τρόπον βέλους ἀνεῖλεν ἑαυτήν· ἢ ἥτις ὡς βέλος ἰοβόλον μέγα κακὸν προςετρίψατο τῷ Ἡρακλεῖ.

V. 896. *ἀνέορτος*] ἀνέορτος ἀντὶ τοῦ αἰσχρὰ καὶ ἀπρεπής.

V. 903. *κοῖλα*] γρ. *κοινά*, ἢ τὰ τοῦ θανάτου, ἢ τὰ αὑτῆς καὶ τοῦ Ἡρακλέους.

V. 913. *καὶ τὰς ἄπαιδας*] ἐπεὶ μηκέτι ἔμελλεν παῖδας τίκτειν, ἤτοι σχήσειν, ὅτι τοῦ λοιποῦ οὐ γενήσονται συνουσίαι πρὸς τὸν Ἡρακλέα εἰς παιδοποιΐαν.

V. 954. *κοινὰ δ' ἔχειν τε καὶ μέλλειν*· κοινὰ δέ ἐστιν τὰ ἀμφοτέρων κακά. καὶ τὰ μὲν ἔχομεν, τὰ δὲ μέλλομεν.

V. 965. *προὔκλαιον ὀξύφωνος*· ἀντὶ τοῦ προκλαίουσιν. ὁ Χορὸς αἰσθάνεται τοῦ Ἡρακλέους πλησίον

φερομένου καὶ πλῆθος θρηνούντων ἐπακολουθούντων αὐτῷ. Quae absurdissima esse, facile Scholiasta ipse intelligere potuit, si advertisset, quae statim sequuntur, ξένων γὰρ ἐξόμιλος — ἄψοφος φέρει βάσιν.

V. 1021. σὺ δὲ σύλλαβε· σὺ γὰρ νέος εἶ, καὶ ὀξύτερόν σοι τὸ ὄμμα πρὸς τὸ σώζειν τὸν πατέρα μᾶλλον ἢ δι' ἐμοῦ.

V. 1022. ἔμπλεον] ὀξύτερον.

V. 1037. ἐχόλωσεν] γρ. ἐχόλησεν, οἷον χολῇ ἔχρισε τὸν χιτῶνα.

V. 1161. ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόσφαντον· προσμεμαντευμένον.

V. 1185. ἀπιστήσεις ἐμοί] γράφεται προστήσεις ἐμοί, ἐναντιωθήσῃ. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐν τῇ βρώσει ψωμῶν προσισταμένων. De quibus iam Hermannus in nota ad v. 1173. ed. suae: Videtur haec, inquit, recentior aliquis Graeculus adiecisse.

V. 1193. ὕψιστον πάγον· ὑψηλὸν ὄρος ἐν Εὐβοίᾳ ἢ Οἴτῃ· πᾶν δὲ ὄρος ὄρος τοῦ Διὸς ὀνομάζεται, ἐπεί φησίν, ὑψίστῳ ὄντι τῷ θεῷ ἐν ὕψει τὰς θυσίας ποιεῖσθαι.

INDEX
RERUM ET VOCABULORUM.

A.

Z.

H.

Θ.

H.

I.

K.

Λ.

M.

N.

O.

Π.

INDEX SCRIPTORUM EMENDATORUM.

Lipsiae, typis descripsit Fridericus Andrae.

Λ.

M.

N.

O.

Π.

INDEX

SCRIPTORUM EMENDATORUM.

INDEX

SCRIPTORUM EMENDATORUM.

Lipsiae, typis descripsit Fridericus Andrae.